



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiæ Augustæ Scriptores VI

Ælius Spartianus. Vulc. Gallicanus. Julius Capitolinus. Trebell. Pollio. Ælius Lampridius. Flavius Vopiscus

Spartianus, Aelius

Lugduni Batavorum, 1671

Ælii Spartiani Antoninus Caracallus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51177](#)

ÆLII SPARTIANI
ANTONINUS CARACALLUS.

I EX duobus liberis quos Septimius Severus reliquit, Getam & Bassianum, ² quorum unum exercitus alterum pater dixit, Geta hostis est judicatus, ³ Bassianum autem obtinuisse imperium constat: de cuius majoribus ⁴ frustra putamus iterandum, quum omnia in Severi vita satis dicta sint. Hujus igitur puerita blanda, ingeniosa, ⁵ parentibus affabilis, amicis parentum jucunda, populo accepta, grata Senatui, ipsi etiam ad amorem conciliandum salutaris fuit. ⁶ Non ille in literis tardus, non in benevolentiis segnis, non tenax in largitate, ⁷ non lentus in clementia, ⁸ sed sub parentibus, visus. Denique, ⁹ si quando feris objectos damna-

tos

CASAUBONUS.

I ANTONINVS CARACALLVS.] Alii, CARACALLA, utrumque dicunt Latini: Græci semper Καρακαλλος. Mansit in usu apud illos hoc nomen: nam apud Himerium in libello Πίσιον Ιερουταν inventio A' μεγάλων Καρακαλλος οντοστοστος.

2 Quorum unum exercitus, alterum pater dixit. Mira locutio, & cujus exemplum quætere sit quam invenire facilius: dixit, pro dixit Cæsarem, vel Antoninum, vel Augustum. nam tot modis exponi potest. Idem Spartanus in Severo: Ob hoc etiam filium ejus Bassianum Antoninum, qui Cæsar appellatus jam fuerat, annum decimum tertium agentem, participem imperii dixerunt milites. Getam quoque minorem filium Cæsarem dixerunt: eundem Antoninum, ut plerique in literas tradunt, appellantes. ex his apparel multifariam exponi posse illud dixit. Præterea non sibi constat Spartanus qui alterum à patre, alterum ab exercitu Cæsareum nomen aut imperium dicat acceptisse. nam in Severi vita milites sunt, qui utrumque Cæsarem dicunt,

ac mox Augustum: in libro vero sequenti pater: hic alterum pater, alterum filius. Fortasse ante verbum dixit, deest vox Cæsarem, vel Augustum, judicent periti lectores.

4 Frustra putamus iterandum.] Hoc est, iteratum iri, aliqui frustra, possum erit, pro non.

5 Parentibus affidit.] Robertus Bon. p. delectabilis.

6 Non ille in literis tardus.] Et Græcas literas didicisse, & valuisse etiam memoria indicat, quod Dio narrat de recitatis ab illo quinque versiculis Euripidis, cum illum ipse postremum vidi.

7 Non lento in clementia.] Regius corrupte, in clemensina, idem mendum apud Robertum.

8 Sed sub parentibus.] Sic statim, sed hæc puer.

GRUTERUS.

3 Bassianum autem obtinuisse imperium constat.] Mendosa forte lectio, nam illud constat non visitur in Pal. habet que obtinuit se.

9 Si quando objectos firis damnaveris, flexit ante oculos avertit.] Sic & Vespaniano

tos vidit, flevit aut oculos avertit: ' quod populo plus quam amabile fuit. ² Septennis puer, quum collusorem suum puerum, ³ ob Judaicam religionem gravius verberatum audisset, neque patrem suum neque patrem pueri ⁴ vel auctores verberum diu respexit. Antiochenis & Byzantiis interventu suo jura vetusta restituit: quibus iratus fuit Severus quod Nigrum juverant. Plautiani odium ⁵ crudelitatis causa concepit. ⁶ Quæ à parentibus gratia sigillariorum acceperat, ea vel clientibus vel magistris sponte donavit. Sed hæc ² puer. Egressus vero pueritiam, seu patris monitis, seu calliditate ingenii, sive quod se Alexandre Magno Macedoni æquandum putabat, restrictior, gravior, vultu etiam truculentior factus est, ⁷ prorsus ⁸ ut cum quem

pue-

Spartiano Suetonius cap. 15. f. ceterum neque cuiusquam cæde unquam letatus est. iustis suppliciis illacrimavit etiam & ingeminavit. quæ loca excutimus ad librum I. Annal. Taciti, cap. 76. f.

SALMASIUS.

¹ Qued populo plus quam amabile fuit.] Plusquam amabile pro valde amabile. sic Aurelio Victori: plusquam severè: neque ego abuso ea delictorum que graffari immedice coepi, plus panè quam severè excedenda esse. apud eundem, plusquam pius pro valde pius. in Alexandre Severo: matri signe cultu que nomine Maastricht, plusquam pius.

CASAUBONUS.

² Septennis puer.] Capitolinus de Gordiano puer: bonitatis insignis: adeo ut semper in scolis si quis puerorum verberaretur, ille lacrymaret.

³ Ob Judaicam religionem.] Quam postea edicto prohibuit pater Severus, & Christianam simul, ut in ejus vita dictum. Judaicæ autem appellatione & Christianam intelligi, notum omnibus. Ipsum Antoninum late Christiano fuisse educatum scribit: diserte Tertullianus ad Scapulam.

⁴ Vel auctores verberum.] Scribe, vel ut auctores verb. id te cuiusq; obligat? ⁷ ⁸ ⁹ ¹⁰ ¹¹ ¹² ¹³ ¹⁴ ¹⁵ ¹⁶ ¹⁷ ¹⁸ ¹⁹ ²⁰ ²¹ ²² ²³ ²⁴ ²⁵ ²⁶ ²⁷ ²⁸ ²⁹ ³⁰ ³¹ ³² ³³ ³⁴ ³⁵ ³⁶ ³⁷ ³⁸ ³⁹ ⁴⁰ ⁴¹ ⁴² ⁴³ ⁴⁴ ⁴⁵ ⁴⁶ ⁴⁷ ⁴⁸ ⁴⁹ ⁵⁰ ⁵¹ ⁵² ⁵³ ⁵⁴ ⁵⁵ ⁵⁶ ⁵⁷ ⁵⁸ ⁵⁹ ⁶⁰ ⁶¹ ⁶² ⁶³ ⁶⁴ ⁶⁵ ⁶⁶ ⁶⁷ ⁶⁸ ⁶⁹ ⁷⁰ ⁷¹ ⁷² ⁷³ ⁷⁴ ⁷⁵ ⁷⁶ ⁷⁷ ⁷⁸ ⁷⁹ ⁸⁰ ⁸¹ ⁸² ⁸³ ⁸⁴ ⁸⁵ ⁸⁶ ⁸⁷ ⁸⁸ ⁸⁹ ⁹⁰ ⁹¹ ⁹² ⁹³ ⁹⁴ ⁹⁵ ⁹⁶ ⁹⁷ ⁹⁸ ⁹⁹ ¹⁰⁰ ¹⁰¹ ¹⁰² ¹⁰³ ¹⁰⁴ ¹⁰⁵ ¹⁰⁶ ¹⁰⁷ ¹⁰⁸ ¹⁰⁹ ¹¹⁰ ¹¹¹ ¹¹² ¹¹³ ¹¹⁴ ¹¹⁵ ¹¹⁶ ¹¹⁷ ¹¹⁸ ¹¹⁹ ¹²⁰ ¹²¹ ¹²² ¹²³ ¹²⁴ ¹²⁵ ¹²⁶ ¹²⁷ ¹²⁸ ¹²⁹ ¹³⁰ ¹³¹ ¹³² ¹³³ ¹³⁴ ¹³⁵ ¹³⁶ ¹³⁷ ¹³⁸ ¹³⁹ ¹⁴⁰ ¹⁴¹ ¹⁴² ¹⁴³ ¹⁴⁴ ¹⁴⁵ ¹⁴⁶ ¹⁴⁷ ¹⁴⁸ ¹⁴⁹ ¹⁵⁰ ¹⁵¹ ¹⁵² ¹⁵³ ¹⁵⁴ ¹⁵⁵ ¹⁵⁶ ¹⁵⁷ ¹⁵⁸ ¹⁵⁹ ¹⁶⁰ ¹⁶¹ ¹⁶² ¹⁶³ ¹⁶⁴ ¹⁶⁵ ¹⁶⁶ ¹⁶⁷ ¹⁶⁸ ¹⁶⁹ ¹⁷⁰ ¹⁷¹ ¹⁷² ¹⁷³ ¹⁷⁴ ¹⁷⁵ ¹⁷⁶ ¹⁷⁷ ¹⁷⁸ ¹⁷⁹ ¹⁸⁰ ¹⁸¹ ¹⁸² ¹⁸³ ¹⁸⁴ ¹⁸⁵ ¹⁸⁶ ¹⁸⁷ ¹⁸⁸ ¹⁸⁹ ¹⁹⁰ ¹⁹¹ ¹⁹² ¹⁹³ ¹⁹⁴ ¹⁹⁵ ¹⁹⁶ ¹⁹⁷ ¹⁹⁸ ¹⁹⁹ ²⁰⁰ ²⁰¹ ²⁰² ²⁰³ ²⁰⁴ ²⁰⁵ ²⁰⁶ ²⁰⁷ ²⁰⁸ ²⁰⁹ ²¹⁰ ²¹¹ ²¹² ²¹³ ²¹⁴ ²¹⁵ ²¹⁶ ²¹⁷ ²¹⁸ ²¹⁹ ²²⁰ ²²¹ ²²² ²²³ ²²⁴ ²²⁵ ²²⁶ ²²⁷ ²²⁸ ²²⁹ ²³⁰ ²³¹ ²³² ²³³ ²³⁴ ²³⁵ ²³⁶ ²³⁷ ²³⁸ ²³⁹ ²⁴⁰ ²⁴¹ ²⁴² ²⁴³ ²⁴⁴ ²⁴⁵ ²⁴⁶ ²⁴⁷ ²⁴⁸ ²⁴⁹ ²⁵⁰ ²⁵¹ ²⁵² ²⁵³ ²⁵⁴ ²⁵⁵ ²⁵⁶ ²⁵⁷ ²⁵⁸ ²⁵⁹ ²⁶⁰ ²⁶¹ ²⁶² ²⁶³ ²⁶⁴ ²⁶⁵ ²⁶⁶ ²⁶⁷ ²⁶⁸ ²⁶⁹ ²⁷⁰ ²⁷¹ ²⁷² ²⁷³ ²⁷⁴ ²⁷⁵ ²⁷⁶ ²⁷⁷ ²⁷⁸ ²⁷⁹ ²⁸⁰ ²⁸¹ ²⁸² ²⁸³ ²⁸⁴ ²⁸⁵ ²⁸⁶ ²⁸⁷ ²⁸⁸ ²⁸⁹ ²⁹⁰ ²⁹¹ ²⁹² ²⁹³ ²⁹⁴ ²⁹⁵ ²⁹⁶ ²⁹⁷ ²⁹⁸ ²⁹⁹ ³⁰⁰ ³⁰¹ ³⁰² ³⁰³ ³⁰⁴ ³⁰⁵ ³⁰⁶ ³⁰⁷ ³⁰⁸ ³⁰⁹ ³¹⁰ ³¹¹ ³¹² ³¹³ ³¹⁴ ³¹⁵ ³¹⁶ ³¹⁷ ³¹⁸ ³¹⁹ ³²⁰ ³²¹ ³²² ³²³ ³²⁴ ³²⁵ ³²⁶ ³²⁷ ³²⁸ ³²⁹ ³³⁰ ³³¹ ³³² ³³³ ³³⁴ ³³⁵ ³³⁶ ³³⁷ ³³⁸ ³³⁹ ³⁴⁰ ³⁴¹ ³⁴² ³⁴³ ³⁴⁴ ³⁴⁵ ³⁴⁶ ³⁴⁷ ³⁴⁸ ³⁴⁹ ³⁵⁰ ³⁵¹ ³⁵² ³⁵³ ³⁵⁴ ³⁵⁵ ³⁵⁶ ³⁵⁷ ³⁵⁸ ³⁵⁹ ³⁶⁰ ³⁶¹ ³⁶² ³⁶³ ³⁶⁴ ³⁶⁵ ³⁶⁶ ³⁶⁷ ³⁶⁸ ³⁶⁹ ³⁷⁰ ³⁷¹ ³⁷² ³⁷³ ³⁷⁴ ³⁷⁵ ³⁷⁶ ³⁷⁷ ³⁷⁸ ³⁷⁹ ³⁸⁰ ³⁸¹ ³⁸² ³⁸³ ³⁸⁴ ³⁸⁵ ³⁸⁶ ³⁸⁷ ³⁸⁸ ³⁸⁹ ³⁹⁰ ³⁹¹ ³⁹² ³⁹³ ³⁹⁴ ³⁹⁵ ³⁹⁶ ³⁹⁷ ³⁹⁸ ³⁹⁹ ⁴⁰⁰ ⁴⁰¹ ⁴⁰² ⁴⁰³ ⁴⁰⁴ ⁴⁰⁵ ⁴⁰⁶ ⁴⁰⁷ ⁴⁰⁸ ⁴⁰⁹ ⁴¹⁰ ⁴¹¹ ⁴¹² ⁴¹³ ⁴¹⁴ ⁴¹⁵ ⁴¹⁶ ⁴¹⁷ ⁴¹⁸ ⁴¹⁹ ⁴²⁰ ⁴²¹ ⁴²² ⁴²³ ⁴²⁴ ⁴²⁵ ⁴²⁶ ⁴²⁷ ⁴²⁸ ⁴²⁹ ⁴³⁰ ⁴³¹ ⁴³² ⁴³³ ⁴³⁴ ⁴³⁵ ⁴³⁶ ⁴³⁷ ⁴³⁸ ⁴³⁹ ⁴⁴⁰ ⁴⁴¹ ⁴⁴² ⁴⁴³ ⁴⁴⁴ ⁴⁴⁵ ⁴⁴⁶ ⁴⁴⁷ ⁴⁴⁸ ⁴⁴⁹ ⁴⁵⁰ ⁴⁵¹ ⁴⁵² ⁴⁵³ ⁴⁵⁴ ⁴⁵⁵ ⁴⁵⁶ ⁴⁵⁷ ⁴⁵⁸ ⁴⁵⁹ ⁴⁶⁰ ⁴⁶¹ ⁴⁶² ⁴⁶³ ⁴⁶⁴ ⁴⁶⁵ ⁴⁶⁶ ⁴⁶⁷ ⁴⁶⁸ ⁴⁶⁹ ⁴⁷⁰ ⁴⁷¹ ⁴⁷² ⁴⁷³ ⁴⁷⁴ ⁴⁷⁵ ⁴⁷⁶ ⁴⁷⁷ ⁴⁷⁸ ⁴⁷⁹ ⁴⁸⁰ ⁴⁸¹ ⁴⁸² ⁴⁸³ ⁴⁸⁴ ⁴⁸⁵ ⁴⁸⁶ ⁴⁸⁷ ⁴⁸⁸ ⁴⁸⁹ ⁴⁹⁰ ⁴⁹¹ ⁴⁹² ⁴⁹³ ⁴⁹⁴ ⁴⁹⁵ ⁴⁹⁶ ⁴⁹⁷ ⁴⁹⁸ ⁴⁹⁹ ⁵⁰⁰ ⁵⁰¹ ⁵⁰² ⁵⁰³ ⁵⁰⁴ ⁵⁰⁵ ⁵⁰⁶ ⁵⁰⁷ ⁵⁰⁸ ⁵⁰⁹ ⁵¹⁰ ⁵¹¹ ⁵¹² ⁵¹³ ⁵¹⁴ ⁵¹⁵ ⁵¹⁶ ⁵¹⁷ ⁵¹⁸ ⁵¹⁹ ⁵²⁰ ⁵²¹ ⁵²² ⁵²³ ⁵²⁴ ⁵²⁵ ⁵²⁶ ⁵²⁷ ⁵²⁸ ⁵²⁹ ⁵³⁰ ⁵³¹ ⁵³² ⁵³³ ⁵³⁴ ⁵³⁵ ⁵³⁶ ⁵³⁷ ⁵³⁸ ⁵³⁹ ⁵⁴⁰ ⁵⁴¹ ⁵⁴² ⁵⁴³ ⁵⁴⁴ ⁵⁴⁵ ⁵⁴⁶ ⁵⁴⁷ ⁵⁴⁸ ⁵⁴⁹ ⁵⁵⁰ ⁵⁵¹ ⁵⁵² ⁵⁵³ ⁵⁵⁴ ⁵⁵⁵ ⁵⁵⁶ ⁵⁵⁷ ⁵⁵⁸ ⁵⁵⁹ ⁵⁶⁰ ⁵⁶¹ ⁵⁶² ⁵⁶³ ⁵⁶⁴ ⁵⁶⁵ ⁵⁶⁶ ⁵⁶⁷ ⁵⁶⁸ ⁵⁶⁹ ⁵⁷⁰ ⁵⁷¹ ⁵⁷² ⁵⁷³ ⁵⁷⁴ ⁵⁷⁵ ⁵⁷⁶ ⁵⁷⁷ ⁵⁷⁸ ⁵⁷⁹ ⁵⁸⁰ ⁵⁸¹ ⁵⁸² ⁵⁸³ ⁵⁸⁴ ⁵⁸⁵ ⁵⁸⁶ ⁵⁸⁷ ⁵⁸⁸ ⁵⁸⁹ ⁵⁹⁰ ⁵⁹¹ ⁵⁹² ⁵⁹³ ⁵⁹⁴ ⁵⁹⁵ ⁵⁹⁶ ⁵⁹⁷ ⁵⁹⁸ ⁵⁹⁹ ⁶⁰⁰ ⁶⁰¹ ⁶⁰² ⁶⁰³ ⁶⁰⁴ ⁶⁰⁵ ⁶⁰⁶ ⁶⁰⁷ ⁶⁰⁸ ⁶⁰⁹ ⁶¹⁰ ⁶¹¹ ⁶¹² ⁶¹³ ⁶¹⁴ ⁶¹⁵ ⁶¹⁶ ⁶¹⁷ ⁶¹⁸ ⁶¹⁹ ⁶²⁰ ⁶²¹ ⁶²² ⁶²³ ⁶²⁴ ⁶²⁵ ⁶²⁶ ⁶²⁷ ⁶²⁸ ⁶²⁹ ⁶³⁰ ⁶³¹ ⁶³² ⁶³³ ⁶³⁴ ⁶³⁵ ⁶³⁶ ⁶³⁷ ⁶³⁸ ⁶³⁹ ⁶⁴⁰ ⁶⁴¹ ⁶⁴² ⁶⁴³ ⁶⁴⁴ ⁶⁴⁵ ⁶⁴⁶ ⁶⁴⁷ ⁶⁴⁸ ⁶⁴⁹ ⁶⁵⁰ ⁶⁵¹ ⁶⁵² ⁶⁵³ ⁶⁵⁴ ⁶⁵⁵ ⁶⁵⁶ ⁶⁵⁷ ⁶⁵⁸ ⁶⁵⁹ ⁶⁶⁰ ⁶⁶¹ ⁶⁶² ⁶⁶³ ⁶⁶⁴ ⁶⁶⁵ ⁶⁶⁶ ⁶⁶⁷ ⁶⁶⁸ ⁶⁶⁹ ⁶⁷⁰ ⁶⁷¹ ⁶⁷² ⁶⁷³ ⁶⁷⁴ ⁶⁷⁵ ⁶⁷⁶ ⁶⁷⁷ ⁶⁷⁸ ⁶⁷⁹ ⁶⁸⁰ ⁶⁸¹ ⁶⁸² ⁶⁸³ ⁶⁸⁴ ⁶⁸⁵ ⁶⁸⁶ ⁶⁸⁷ ⁶⁸⁸ ⁶⁸⁹ ⁶⁹⁰ ⁶⁹¹ ⁶⁹² ⁶⁹³ ⁶⁹⁴ ⁶⁹⁵ ⁶⁹⁶ ⁶⁹⁷ ⁶⁹⁸ ⁶⁹⁹ ⁷⁰⁰ ⁷⁰¹ ⁷⁰² ⁷⁰³ ⁷⁰⁴ ⁷⁰⁵ ⁷⁰⁶ ⁷⁰⁷ ⁷⁰⁸ ⁷⁰⁹ ⁷¹⁰ ⁷¹¹ ⁷¹² ⁷¹³ ⁷¹⁴ ⁷¹⁵ ⁷¹⁶ ⁷¹⁷ ⁷¹⁸ ⁷¹⁹ ⁷²⁰ ⁷²¹ ⁷²² ⁷²³ ⁷²⁴ ⁷²⁵ ⁷²⁶ ⁷²⁷ ⁷²⁸ ⁷²⁹ ⁷³⁰ ⁷³¹ ⁷³² ⁷³³ ⁷³⁴ ⁷³⁵ ⁷³⁶ ⁷³⁷ ⁷³⁸ ⁷³⁹ ⁷⁴⁰ ⁷⁴¹ ⁷⁴² ⁷⁴³ ⁷⁴⁴ ⁷⁴⁵ ⁷⁴⁶ ⁷⁴⁷ ⁷⁴⁸ ⁷⁴⁹ ⁷⁵⁰ ⁷⁵¹ ⁷⁵² ⁷⁵³ ⁷⁵⁴ ⁷⁵⁵ ⁷⁵⁶ ⁷⁵⁷ ⁷⁵⁸ ⁷⁵⁹ ⁷⁶⁰ ⁷⁶¹ ⁷⁶² ⁷⁶³ ⁷⁶⁴ ⁷⁶⁵ ⁷⁶⁶ ⁷⁶⁷ ⁷⁶⁸ ⁷⁶⁹ ⁷⁷⁰ ⁷⁷¹ ⁷⁷² ⁷⁷³ ⁷⁷⁴ ⁷⁷⁵ ⁷⁷⁶ ⁷⁷⁷ ⁷⁷⁸ ⁷⁷⁹ ⁷⁸⁰ ⁷⁸¹ ⁷⁸² ⁷⁸³ ⁷⁸⁴ ⁷⁸⁵ ⁷⁸⁶ ⁷⁸⁷ ⁷⁸⁸ ⁷⁸⁹ ⁷⁹⁰ ⁷⁹¹ ⁷⁹² ⁷⁹³ ⁷⁹⁴ ⁷⁹⁵ ⁷⁹⁶ ⁷⁹⁷ ⁷⁹⁸ ⁷⁹⁹ ⁸⁰⁰ ⁸⁰¹ ⁸⁰² ⁸⁰³ ⁸⁰⁴ ⁸⁰⁵ ⁸⁰⁶ ⁸⁰⁷ ⁸⁰⁸ ⁸⁰⁹ ⁸¹⁰ ⁸¹¹ ⁸¹² ⁸¹³ ⁸¹⁴ ⁸¹⁵ ⁸¹⁶ ⁸¹⁷ ⁸¹⁸ ⁸¹⁹ ⁸²⁰ ⁸²¹ ⁸²² ⁸²³ ⁸²⁴ ⁸²⁵ ⁸²⁶ ⁸²⁷ ⁸²⁸ ⁸²⁹ ⁸³⁰ ⁸³¹ ⁸³² ⁸³³ ⁸³⁴ ⁸³⁵ ⁸³⁶ ⁸³⁷ ⁸³⁸ ⁸³⁹ ⁸⁴⁰ ⁸⁴¹ ⁸⁴² ⁸⁴³ ⁸⁴⁴ ⁸⁴⁵ ⁸⁴⁶ ⁸⁴⁷ ⁸⁴⁸ ⁸⁴⁹ ⁸⁵⁰ ⁸⁵¹ ⁸⁵² ⁸⁵³ ⁸⁵⁴ ⁸⁵⁵ ⁸⁵⁶ ⁸⁵⁷ ⁸⁵⁸ ⁸⁵⁹ ⁸⁶⁰ ⁸⁶¹ ⁸⁶² ⁸⁶³ ⁸⁶⁴ ⁸⁶⁵ ⁸⁶⁶ ⁸⁶⁷ ⁸⁶⁸ ⁸⁶⁹ ⁸⁷⁰ ⁸⁷¹ ⁸⁷² ⁸⁷³ ⁸⁷⁴ ⁸⁷⁵ ⁸⁷⁶ ⁸⁷⁷ ⁸⁷⁸ ⁸⁷⁹ ⁸⁸⁰ ⁸⁸¹ ⁸⁸² ⁸⁸³ ⁸⁸⁴ ⁸⁸⁵ ⁸⁸⁶ ⁸⁸⁷ ⁸⁸⁸ ⁸⁸⁹ ⁸⁹⁰ ⁸⁹¹ ⁸⁹² ⁸⁹³ ⁸⁹⁴ ⁸⁹⁵ ⁸⁹⁶ ⁸⁹⁷ ⁸⁹⁸ ⁸⁹⁹ ⁹⁰⁰ ⁹⁰¹ ⁹⁰² ⁹⁰³ ⁹⁰⁴ ⁹⁰⁵ ⁹⁰⁶ ⁹⁰⁷ ⁹⁰⁸ ⁹⁰⁹ ⁹¹⁰ ⁹¹¹ ⁹¹² ⁹¹³ ⁹¹⁴ ⁹¹⁵ ⁹¹⁶ ⁹¹⁷ ⁹¹⁸ ⁹¹⁹ ⁹²⁰ ⁹²¹ ⁹²² ⁹²³ ⁹²⁴ ⁹²⁵ ⁹²⁶ ⁹²⁷ ⁹²⁸ ⁹²⁹ ⁹³⁰ ⁹³¹ ⁹³² ⁹³³ ⁹³⁴ ⁹³⁵ ⁹³⁶ ⁹³⁷ ⁹³⁸ ⁹³⁹ ⁹⁴⁰ ⁹⁴¹ ⁹⁴² ⁹⁴³ ⁹⁴⁴ ⁹⁴⁵ ⁹⁴⁶ ⁹⁴⁷ ⁹⁴⁸ ⁹⁴⁹ ⁹⁵⁰ ⁹⁵¹ ⁹⁵² ⁹⁵³ ⁹⁵⁴ ⁹⁵⁵ ⁹⁵⁶ ⁹⁵⁷ ⁹⁵⁸ ⁹⁵⁹ ⁹⁶⁰ ⁹⁶¹ ⁹⁶² ⁹⁶³ ⁹⁶⁴ ⁹⁶⁵ ⁹⁶⁶ ⁹⁶⁷ ⁹⁶⁸ ⁹⁶⁹ ⁹⁷⁰ ⁹⁷¹ ⁹⁷² ⁹⁷³ ⁹⁷⁴ ⁹⁷⁵ ⁹⁷⁶ ⁹⁷⁷ ⁹⁷⁸ ⁹⁷⁹ ⁹⁸⁰ ⁹⁸¹ ⁹⁸² ⁹⁸³ ⁹⁸⁴ ⁹⁸⁵ ⁹⁸⁶ ⁹⁸⁷ ⁹⁸⁸ ⁹⁸⁹ ⁹⁹⁰ ⁹⁹¹ ⁹⁹² ⁹⁹³ ⁹⁹⁴ ⁹⁹⁵ ⁹⁹⁶ ⁹⁹⁷ ⁹⁹⁸ ⁹⁹⁹ ⁹⁹⁹

⁴ Vel auctores verberum.] Scribe, vel ut auctores verb. id te cuiusq; obligat? ⁷ ⁸ ⁹ ¹⁰ ¹¹ ¹² ¹³ ¹⁴ ¹⁵ ¹⁶ ¹⁷ ¹⁸ ¹⁹ ²⁰ ²¹ ²² ²³ ²⁴ ²⁵ ²⁶ ²⁷ ²⁸ ²⁹ ³⁰ ³¹ ³² ³³ ³⁴ ³⁵ ³⁶ ³⁷ ³⁸ ³⁹ ⁴⁰ ⁴¹ ⁴² ⁴³ ⁴⁴ ⁴⁵ ⁴⁶ ⁴⁷ ⁴⁸ ⁴⁹ ⁵⁰ ⁵¹ ⁵² ⁵³ ⁵⁴ ⁵⁵ ⁵⁶ ⁵⁷ ⁵⁸ ⁵⁹ ⁶⁰ ⁶¹ ⁶² ⁶³ ⁶⁴ ⁶⁵ ⁶⁶ ⁶⁷ ⁶⁸ ⁶⁹ ⁷⁰ ⁷¹ ⁷² ⁷³ ⁷⁴ ⁷⁵ ⁷⁶ ⁷⁷ ⁷⁸ ⁷⁹ ⁸⁰ ⁸¹ ⁸² ⁸³ ⁸⁴ ⁸⁵ ⁸⁶ ⁸⁷ ⁸⁸ ⁸⁹ ⁹⁰ ⁹¹ ⁹² ⁹³ ⁹⁴ ⁹⁵ ⁹⁶ ⁹⁷ ⁹⁸ ⁹⁹ ¹⁰⁰ ¹⁰¹ ¹⁰² ¹⁰³ ¹⁰⁴ ¹⁰⁵ ¹⁰⁶ ¹⁰⁷ ¹⁰⁸ ¹⁰⁹ ¹¹⁰ ¹¹¹ ¹¹² ¹¹³ ¹¹⁴ ¹¹⁵ ¹¹⁶ ¹¹⁷ ¹¹⁸ ¹¹⁹ ¹²⁰ ¹²¹ ¹²² ¹²³ ¹²⁴ ¹²⁵ ¹²⁶ ¹²⁷ ¹²⁸ ¹²⁹ ¹³⁰ ¹³¹ ¹³² ¹³³ ¹³⁴ ¹³⁵ ¹³⁶ ¹³⁷ ¹³⁸ ¹³⁹ ¹⁴⁰ ¹⁴¹ ¹⁴² ¹⁴³ ¹⁴⁴ ¹⁴⁵ ¹⁴⁶ ¹⁴⁷ ¹⁴⁸ ¹⁴⁹ ¹⁵⁰ ¹⁵¹ ¹⁵² ¹⁵³ ¹⁵⁴ ¹⁵⁵ ¹⁵⁶ ¹⁵⁷ ¹⁵⁸ ^{159</}

puerum scirent, multi esse non crederent.¹ Alexandrum Magnum ejusque gesta in ore semper habuit. Tiberium & Syllam in conventu plerumque laudavit.² Patre superior fuit:³ fratrem magna ejus humilitate despexit.⁴ Post patris mortem in castra prætoria pergens, apud milites conquestus est, circumveniri fratris insidiis: atque ita fratrem in Palatio fecit occidi.⁵ ejus corpus statim cremari præcepit. Dixit præterea

IN CA-

spēcta visa est hæc lectio. qui enim poterat fieri, ut puerum eum scirent, qui puer amplius non esset? itaque legebam, prorsus ut cum quem puerum scierant, multi esse non crederent. hoc est, ut eundem esse non cognoscerent, quem puerum meminerant vidisse. sed Palatinus habet, fecerant: ut cum quem puerum fecerant. libenter facio, ut ejus codicis cuius mihi bonitas cognita est omnes quatenus possum scripturas defendam. neque ista caret ratione. ut enim solem condere dicimur, cum solem condentem se videmus, sic pueros facere dici possumus quos pueros factos vidimus. non multum absimile loquendi genus apud Vopiscum, quo aliquis dicitur oratorem magnum facere, qui ipse in magnum oratorem evadit. verum si hæc lectio minus probari potest propter novitatem suam, poterit hæc fortasse blandiri: quem puerum sciverant. quæ minus longe abit à vetere scriptura, quam qua excusa est. quem puerum sciverant, id est, quem puerum cognoverant. sic enim scire passim pro cognoscere apud hos autores. Vopiscus in Saturnino: huic autem inter ceteros duces, quos vere scire videtur, Orientis ducatum dedit.

CASAUBONUS.

¹ Alexandrum Magnum ejusque gesta in ore semper habuit.] Dio, Περὶ τὸν Ἀλέξανδρον επειγόντος. lege cætera.

² Patre superior fuit.] Infra, patre duro crudelior.

³ Fratrem magna ejus humilitate despexit.] Id est, cum frater magna militante aduersus ipsum uretum.

⁴ Post patris mortem in castra prætoria pergens.] Omitit redditum ē Britannia in Italianam, & Urbem. sed & Historiam narrat perturbata: nam Antoninus non ante cædem, verum ea dimissa statim in castra prætoria perexit.

⁵ Ejus corpus statim cremari præcepit.] Sic Nero Britannicum à se occidum raptim inter maximos ianires translatio extulit funere.

SALMASIUS.

² Patre superior fuit.] Idem liber: patris superior fuit. & sic optimos autores loqui memini. Tertullianus in Apologetico: orbis patrem Africa & Asia majorem. Apuleius: me sui molliorem provocaverat. vetus interpres Juvenalis qui eodem prope tempore vivit quo Spartianus, ad illud:

— varicofus fies aruspex.
aut certe tantum patientia fami inficcidis extis ut varicofis aruspici doctri sicutur.

³ Fratrem magna ejus humilitate despexit.] Id est, propter magnam ejus humilitatem. nec mirum si homo superbis fratrem humilem & civilem despiceret & præ se contemneret. Aurelius Victor Scotti: ita Gataurensem paterno ab avo erat, cum ejus modis ingenio frater angerebat, obfessi interridet modestum ingenium vocat Vistot, quam hic humilitatem appellat.

¹ Matri

in castris fratrem sibi venenum parasce, ¹ matri eum irreverentem fuisse: egitque publice iis gratias qui eum occiderunt. ² Addidit denique iis qui fideliores erga se fuerant, stipendium. ³ Pars militum apud Albam, Getam occisum ægerrime accepit, dicentibus cunctis, duobus se fidem promissæ liberis Severi, duobus servare debere. clausisque portis diu imperator non admissus, nisi delinitis animis, non solum querelis de Geta & criminationibus editis, sed ⁴ enormitate stipendi militibus (ut solet) placatis: ⁵ atque inde Romanam rediit. ⁶ Tunc sub veste senatoria loricam habens, cum armatis militibus curiam ingressus est. Hos in medio inter subsellia duplice ordine collocavit, & sic verba fecit. Questus est de fratribus insidiis involute & incondite, ad illius accusationem, sui vero excusationem: quod quidem nec senatus libenter accepit, quum

ille

¹ Matri eum irreverentem fuisse.] Paulinus: matri eum virarentem fuisse, quid sit non divino. vulgatam utique retineo.

² Addidit denique iis qui fideliores erga se stipendium.] Paulo alter in Palatino, addidit denique hos quos fidelioribus erga se stipendium, quem ex parte sequitur vetus editio, quæ habet, addidit denique is qui fidelioribus erga eam stipendium, in promptu est legere, addidit denique fidelioribus erga se stipendium, omisso illis hos quos, quibus duabus vocibus quamvis corruptis contineri potu summam stipendi quod fidelibus erga se addidit Antoninus. quam tamen nunc non expedio.

GRUTERUS.

³ Addidit denique iis qui fideliores erga se fuerant stipendium.] An fuit? quo fideliores erga se foren stipendium. sed ahd quid forte latet. nam est tantum in Pal. his quos fidelioribus erga se stipendium.

CASAVBONUS.

⁴ Pars militum apud Albam.] Pix-

ter castra quæ in Urbe, erant alia ad Albani montis radices. Capitolinus in Maximinis: Quare timentes milites quorum affectus in Albano monte erant. hoc ita Herodianus historia octava: τοῖς τοῖς στρατιώταις, οἵ εἰσι τῷ Ρωμαίῳ πόλει στρατεύεσθαι τὸν τὸν καλένδρον ὅρᾳ Α' ληστὸν, ἐνθα παιδεῖς καὶ γυναικεῖς κατελελοίπειαν, Φοινίσσῃ τῷ Μαζεύον. horum castrorum meminit sapius Dio in Theodosii excerptis.

⁵ Enormitate stipendi militibus ut solet placatis.] Herodianus promissos scribit militibus viritim denarios bis millenos quingenos: diurnum etiam frumenti modium dimidio austum ejus quod prius accipiebant.

⁶ Atque inde Romanam rediit.] Regius, atque inde Romanam contendens rediit.

⁶ Tunc sub veste senatoria loricam habens, cum armis.] In Geta, Ipse Bassianus tantum tinxit, ut loricam sublato habens clevo, etiam Curiam fit ingressus, atque ita rationem facti sui & nec Geta redidierit.

ille dixisset, 'fratri se omnia permisisse, fratrem ab insidiis liberasse, & illum tamen sibi gravissimas infidias fecisse, nec vicem amori reddidisse fraterno.' Post hoc relegatis deportatisque redditum in patriam restituit: inde ad prætorianos processit, & in castris manifit. Altera die Capitolium petuit: & 'eos quos occidere parabat, affabiliter est alloquutus, innitensque Papiniano, & Chiloni, ad Palatum redit. Quum flentem matrem Getæ vidisset, aliasque mulieres, post necem fratris, mulieres occidere conatus est: sed ob hoc retentus ne augeretur fratris occidens.

¹ Fratri se omnia permisisse, fratrem ab insidiis liberasse.] Horum nihil est in ea oratione Commodi quam refert Herodianus, ut ab illo tum in senatu habitam.

² Post hoc relegatis deportatisque redditum in patriam restituit.] Post hoc, id est, statim post habitam superiorem orationem, cum inibi esset, ut Curia egredieretur, & iam ad fores accessisset. impetu enim factum, non consilio.

³ Eos quos occidere parabat affabiliter est alloquutus.] In Gera: Euit ejus innatitatis Antoninus, ut iis præcipue blanditur, quos ad necem distinbat.

⁴ Et Chiloni.] Dio Cilone nominat. Φιλίων τὸ φίλα, τὸ οὐρανόν, τὸν θεόν πατέρα πεπολιαρχούσαν. Ulpianus lege prima, De officio Praefecti urbi. epistula Divi Severi ad Favium Cilonem Praefectum Urbi missa declaratur.

⁵ Mulieres occidere conatus est.] Reg. multis occ.

⁶ Sed ob hoc retentus ne augeretur fratris occisi crudelitas.] Regius, ne videatur ac augeretur fratris crudelitas. qua retenuta lectio, deest aliquid explenda sententia, hoc modo: ne videatur surcrede ang. placet magis vulgata crudelitas dixit, pro invidia ex crudelitate. Sed quod ait retentum à cæde mulierum, de nonnullis verum est, non de omnibus: nam & harum multæ occisa: sed à matris cæde quam cogitayerat

est retentus, ut narrat Spartianus extrema vita Getæ.

GRUTERVS.

⁷ Et eos quos occidere parabat, affabiliter est alloquutus.] Calidæ hujus & inopinatae saevitiae exempla aliquantum collegi in Diatribis meis ad Tacitum. interim aedatur Ctinus lib. vi. cap. 39. f. Suetonii Domitii no cap. 11. p.

⁸ Innitensque Papiniano & Chiloni.] Sic quoque Palatinus, non usitate vulgati, Chiloni.

SALMASIVS.

⁹ Innitensque Papiniano & Chiloni.] Vetus liber: Papianus. & ita semper. & sic in vetustissimo libro legum Romanarum cum Mosaicis comparatarum scriptum reperiisse vir eruditissimus Petrus Pithœus testans eum scribendum etiam Cilone pro Chiloni eodem veteri libro. & ita dignificatur & Aurelio Victor.

¹⁰ Aliasque mulieres, post necem fratris, mulieres occidere conatus est.] Ita diffingue: quum flentem matrem Getæ crudelitas, aliasque mulieres post necem fratris, mulieres occidere conatus est.

¹¹ Ne augeretur fratris occisi crudelitas.] Optimus & doctissimus Iosephus legebat, crudelitas, noluisse eam videri auctorem esse necis fratrum Antoninum Caracallam. sed crudelitas non moveo, qui enim poterat necem occidere.

delitas. Lætum ad mortem coëgit, missò à se veneno: ipse enim inter suasores Getæ mortis primus fuerat, qui & primus interemptus est. ² Ipse mortem ejus sæpissime flevit. Multos qui cædis ejus consciï fuerant, interemit, eumque & imaginem ejus honoravit. Post hoc fratrem patrualem Afrum, cui pridie partes de cena miserat, jussit occidi. Qui quum se præcipitasset percussorum timore, & ad uxorem crure fracto erepisset, tamen ³ per ludibrium à percussoribus deprehensus est, & occisus. Occidit etiam Pompejanum Marci nepotem ex filia natum & ex Pompejano cui nupta fuerat Lucilla post mortem Veri imperatoris: quem & consulem bis fecerat, & omnibus bellis præposuerat, quæ gravissima tunc fuerunt: ⁴ & ita qui-

dem

occisi fratri effugere Caracalla, aut crimen illud à se amoliri, qui fratrem in sinu matris propria manu occidebat?

GRUTERUS.

¹ Ipse enim inter suasores Getæ mortis primus fuerat, qui & primus interemptus est.] Ita est; sua fere exempla in consolatores recidunt; sicut pluribus ostendi ad Taciti librum vi. Annal. cap. 10. m.

CAS AUBON U S.

² Ipse mortem ejus sæpissime flevit.] In Geta: Miram fane omnis videbatur, quod mortem Geta toties ipse etiam ficeret, quoties nominis ejus mentio ficeret, quoties mago videretur aut statua.

⁴ Fratrem patrualem Afrum.] Expli- ca ex Dione, τὸν τοῦ αὐτοῦ αὐτὸν, Σδῆμη τὸν ὀμάδωμα.

SALMASIUS.

³ Eumque & imaginem ejus honora- vit.] Diversam lectionem & longe diverso sensu exhibet nobis Palatinus: eum qui imaginem ejus honoravit. eamque preferimus vulgata. & hæc fuerit varieras morum in Antonino, ut modo consciens fraternal necis oc-

cideret, modo fautores ejus. nunc mortem ejus ficeret, nunc qui flebant interficeret. ita igitur distinguendum, & legendum: multos qui cædis ejus consciï fuerant interemit, & eum qui imaginem ejus honoravit. post hoc fratrem patruelens cui pridie partes de cena misserat, jussit occidi. vel etiam ita ut minimum aut nihil discedamus à veteri scriptura, multos qui cædis ejus consciï fuerant, interemit. eum qui imaginem ejus honoravit, &c. Honorabantur autem imagines floribus injectis & coronis impositis.

⁵ Ad uxorem fracto crure erepisset.] Erepsit, Palatinus.

CAS AUBON U S.

⁶ Per ludibrium à percussoribus deprehensus est & occisus.] Distinguere, per ludibrium, à p. deprehensus, est occisus. intenta est, quam vulgata continet, sententia.

⁷ Et ita quidem ut videretur à latronibus interemitus.] Lampridius in Commodo: Occisus est eo tempore etiam Claudius quasi à latronibus. loquitur Lampridius de Claudio Pompejano pa- tre Pompejani, cujus hic cardes narratur. Sed erroris manifestissimi arguit Lampridium, omni exceptione major текis Dio, cui visus

dem ut videretur à latronibus interemptus. Deinde in conspectu ejus Papinianus securi percussus est, & militibus occisus: 'quo factō percussori dixit, Gladio te exequi oportuit meum jussum.' Occisus est etiam ejus jussu Petronius ante templum divi Pii, trāctaque sunt eorum per plateam cadavera, sine aliqua humanitatis reverentia. Filium autem Papiniani, qui ante triduum quæstor opulentum munus ediderat, interemit.³ Idem diebus occisi sunt innumeri, qui fratribus ejus partibus faverant. Occisi etiam liberti qui Getæ administraverant. Cædes deinde in omnibus locis & in balneis factæ. Occisque nonnulli etiam cœnantes, inter quos etiam ⁴ Sammonicus Serenus, cuius libri plimi ad doctrinam extant. In sumnum discrimen etiam Chilo iterum præfectus & consul venit, ob hoc quod

visus post necem Commodi Pompejanus ille quem Lampridius à Commodo scribit occisum, ipse adeo Lampridius resellit se in Juliani vita scribens, Claudio Pompejanum à secessu Tarracinensi à Juliano ad participatum imperii fuisse evocatum, quod gener imperatoris fuisse. quid igitur cogitabat, cum illa in Commodo vita scriberet? Ego non dubito Lampridum cum Marium Maximum legeret, sive alium quemcumque, unde hæc verba transcripsit Spartanus, incognititia & ἀγορεύσα male cepisse auctoris mentem, male expressisse. Suadet imprimis modus ipse cœdis: quem utrobique vides esse eundem. hic ait, ut videretur à latronibus interemptus: ille, quasi à latronibus.

¹ Quo factō, percussori dixit, Gladio te exequi oportuit meum jussum.] Dio, τὸν τὸν Παπινίανον φονεύουσαν εἰπεῖνον, ὅτι αὐτὸν αὐτὸς, καὶ ἔχως διεζήσατο. Ulpianus lege octava Dig. De poenis: Vita admittitur, ut putat se damnatur aliquis, ut gladio in eum animadvertatur. sed animadverte gladio operetur, non securi, vel telo, vel suffi, vel laqueo,

vel quo alio modo. plura ad Suetoniem libro secundo, capite xv.

³ Idem diebus occisi sunt innumeri, qui fratribus ejus partibus faverant.] Non sine stupore lego apud Dionem, ex amicis, fautoribus aut ministris Gera cœsa tum fuisse, nullo sexus discrimine, qua in Palatio, qua in Urbe, millia hominum viginti.

⁴ Sammonicus Serenus, cuius libri plimi ad doctrinam extant.] Regius, Sammonicus, unico m. in Geta: Sereni Sammonici libros familiarissimos habuit, quos ille ad Antoninum scripsit. Vide etiam Lampridium in Alexandro. Fuit & Serenus alter Samonicus hujus filius, Gordiani junioris præceptor, uscibit Capitolinus in ejus vita: qui moriens acceptam à patre bibliothecam, in qua erant ad lx. duo millia librorum, charissimo discipulo sellquit.

SALMASIUS.

² Occisus est etiam ejus jussu Petronius.] Idem: Patruus.

⁵ In sumnum discrimen etiam Chilo iterum præfatus & Consul senatus.] Lega Cilo, ut supra. atque ita quoque subditis legendum.

quod concordiam inter fratres suaserat. ¹ Et quum idem Chilo sublata ueste senatoria, ² nudis pedibus ab urbanicis raptus esset, Antoninus seditionem comprescit. Multas præterea postea cædes in urbe fecit, passim raptis à militibus nonnullis hominibus & occisis, quasi seditionem vindicans. ³ Helvium Pertinacem suffectum

¹ Et quum idem Chilo sublata ueste senatoria nudis pedibus ab urbanicis raptus esset.] Dissentit in hac narratioне Spartanus in Dione. Spartanus haec mens est; cum raperetur à militibus Cilo, sublatam illi uestem senatoriam & patricios calceos. at Dio illo loci deprehensum à militibus ubi nec uestem senatoriam nec calceos habere poterat, nempe in balneis. sed videamus partem verborum Dionis ut explicemus, κλάπης ιστορίας πόρον. κλάπη est solea, vel gallica, ligneum nempe sandalium quod in balneis gestabant. κλάπη ex Latino clava. unde gralla κλάπη, quæ notiori vocabulo colobathra dicuntur ab authoribus Græcis atque etiam ab Latinis. Nam colobathrarii inde dicti sunt Nonio Grallatores. Nonius: Grallatores sunt colobathrarii. gralla enim sunt quibus innituntur. perperam etiam in novitia editione legitur colobathrarii ex conjectura olim eruditissimi viri, cum anteriores editiones haberent colobathrarii pro colobathrarii. κλάσσαθρων mentio apud Artemidorum, & in nonis Seneca colobatra dicuntur.

Suidas, κλάσσαθρος τὸ λεγερόν κλάδος οὐ πολλοῖς κλάσσαθροι igitur & κλάδα ξύλινα, vocant Graci qui bus innitebantur qui γυπταres dicebantur. Pollux lib. 4. cap. 14. οἱ δὲ γυπτατοὺς γράφουσιν ταῦτα βαρτηταῖς τῶν μέμνοντο εἶχον. οἱ δὲ γυπταῖς καίδαις ξύλιναι ἐπιστάντες οἴρκεις Διοφανῆ ταργαληταὶ σ. αἰσθητοὶ. illa κλάδα ξύλινα nihil aliud sunt quam colobatra, quæ clavas etiam Latini dixerunt. nam clava est.

κλάδος ξύλινος. unde & clavatores pro grallatoribus. apud Plautum in antiquissimis omnibus libris sic reperitur in illo versu:

Cervum cursu vinceres & clavatorum gradu.
pro eo quod omnes Grammatici veteres citant:

— & grallatorum gradu.
sed minime dubium est quin antiqui alicuius Grammatici interpretamentum in textum irrepererit pro vero verbo Plautino. nam qui grallatorem, clavatorem esse erat interpretatus, ansam dedit hui mutationi facienda. clava igitur est colobathrum vel gralla. & elevator, grallator. postea clava, vel κλάπη, ut recentiores Graci dixerunt, pro quovis ligneo calceo dici copta est. κλάπη autem clava Græcis recentioribus, ut κλάπη & clavus, & κλαπωτὸς, clavatus.

CASAUBONUS.

² Nudis pedibus ab urbanicis raptus esset.] De soleato dixit, nudis pedibus. nam Dio ait, βλάψεις ιστορίας πόρον. & rationem adjicit, quia erat in balneis. plura de his alibi.

GRUTERUS.

³ Helvium Pertinacem suffectum Consulens, ob hoc solum, quod filius esset Imperatoris, recidit.] Caussa tamen non levius, sed quantivis ponderis, ut probavimus ad illud Taciti: plurimum terroris intulit cædes Calpurnii Galeriani. is fuit filius Ceji Pisonis, nibil auctor; sed nomen insigne, & dicora ipsi juventa, rurore vulgi celebrabantur: erantque in civitate adhuc turbida, & novis sermonibus latata, qui principatus inanem eisamam circumdarent. lib. 11. cap. 11.

Yy 5

I Syllam

ctum cos. ob hoc solum quod filius esset imperatoris, occidit. Neque cessavit unquam sub diversis occasionibus eos interficere qui fratri amici fuissent. Sæpe in senatum, sæpe in populum superbe invectus est, aut edictis propositis aut orationibus editis, ¹ Syllam se etiam ostendens futurum. ² His gestis Galliam petuit: atque ut primum in eam venit; Narbonensem proconsulem occidit. Cunctis deinde turbatis ³ qui in Gallia regebant, odium tyrannicum meruit, ⁴ quamvis aliquando fingeret se benignum, quum esset natura rulentus. Et quum multa contra homines & contra iura civitatum fecisset, ⁵ morbo implicitus graviter laboravit. Circa eos qui eum curabant, crudelissimus fuit. Deinde ad Orientem profectionem parans, omisso itinere in Dacia resedit. Circa Rhetiam non paucos Barbaros interemit, militesque suos quasi Syllæ milites & cohortatus est & donavit. Deorum sane se nominibus appellari vetuit, quod Commodus fecerat, quum illi eum, quod leonem aliasque feras occidisset, Herculem dicerent. ⁶ Et quum Germanos subegisset,

¹ Ger-

SALMASIUS.

¹ Syllam se etiam ostendens futurum.] Incertus auctor apud Suidam de Antonino Caracalla: *Aur. Vict. 3. 70*
² Σύλλας μηνεῖον ἐπιχειρήσας ἐπεκδισε. τῷ τε Μεσογεῖῳ τῷ τὸς νόους κιθαρωδίες συζεύχαις εξεργάσιον ἔχων, τῷ μὲν κιθαρωδεῖν ἐπενθάνε, οὐειρῷ δὲ ὀπὶ τῷ ὀμότονῷ ζηγλᾷ.

⁴ Quamvis aliquando fingeret se benignum. ¹ Bene & eleganter in Pall. quamvis aliquando fingeret & benignum.

⁶ Et quum Germanos subegisset, Germanicum se appellavit.] Palatinus & excerpta Spartiani: Germanum se appellavit. sic supra: Germani exercitus pro Germanici, & Germanum bellum. de ista autem Germanorum subauctio ex qua nomen Germanici meruit Antoninus, sic Aurelius Victor: *A-*

lamanos gentem populos, ex quo mirifice pugnantes prope Maxum anueni de-
civit.

CASAVBONVS.

² His gestis Galliam petuit.] Hero-
dianus, αποτέλεσεν τὸν Καίσαρα τὴν
οἰκεῖαν. ³ Ι' επειρθόντος, διεβι-
τεῖ περιτάξας τὸν δεσμὸν μάρτιον, omis-
so profectionem in Galliam, & dead-
ventu in Daciam loquitur: de quo
mox auctor.

³ Qui in Gallia res regebant.] Scibe,
gerebant.

⁵ Morbo implicitus.] Recte: & im-
plicari morbo, & implicari in morbum Iz-
pe apud Livium, & Cornelium Ne-
potem atque alios.

GRUTERUS.

³ Qui in Gallia res gerebant.] Edū
Palatino nostro, antea legebatur, n-
gebant.

¹ Ger.

¹ Germanicum se appellavit: vel joco vel serio, ut erat stultus & demens, ² asserens si Lucanos vicisset, *Lucanicum* se appellandum. ³ Damnati sunt eo tempore qui urinam in eo loco fecerunt in quo statuæ aut imagines erant principis & qui coronas imaginibus ejus detraxerant, ut alias ponerent. ⁴ Damnati sunt & qui remedia

CASAUBONUS.

¹ *Germanicum se appellavit.*] Vel potius cognomen vivo patre delatum usurpavit: aut nova de Germanis parta Victoria, iterum meruit. ita exponendum: quia statim sequitur, *Germanici nomen patre vivo fuerat consecutus*. Sed videtur cum in Dacia res gereret, aliquam de Germanis victorianum reportasse: cuius gratia denuo *GERMANICVS* sit salutatus. geminabant enim hujusmodi cognomina, ut & appellationem *IMPERATORIS*. Erat vero res ridicula, Germanicum dici velle eum qui fratrem suum occidisset. debuit enim homo sceleratus cogitare, multos sic cognomen interpreturos, quasi de sublato fratre germano gloriaretur, non de vietiis Germanicæ populis. Infra dicitur partam Caracallæ de Alemannis victorianum: quo possumus & hanc histriam referre, ut ibi dicturi sumus. Ne assentiamur ergo viris doctissimis, qui mendum hic subesse disputant.

² *Afferens, si Lucanus vicisset, Lucanicum se appellandum.*] Cum conarentur amici Antonini, illi persuadere, ut à cognomine *GERMANICI* abstineret, propter eam rationem, quam modo diximus, & *τὸν ἀμφισσόν* duarum vocum *Germanus ac germanus*: ille contra pertendere, ac dicere, nullum adeo βλάσφημον aut ridiculum populi nomen posse inveniri, ut cognomen ab eo ductum velit refuge, si eum populum vicisset. deinde afferebat exempla, cujusmodi hoc est: ajebat enim si victi à se essent Lucani, cognomen *LUCANICI* non alpernaturum. quid insit ridiculi in

hoc cognomine obscurum non est: nam inter edulia, genus quoddam fuit intestini farti, quod *lucanicam* vocabant. ideo Romani, homines ventri atque abdomini natos, *Lucanicos* soliti vocitare, ut auctor est Ammianus Marcellinus libro *xxviii*, quasi Græcè dicas *αἰκανοφάγος*, vel *αἰκανοπόντης*: cuius nominis vilitatem & dedecus norunt qui comicè Attici Equites legerunt. Quanto sapientior Aurelianus, qui viæta Carporum gente, *CARPICI* cognomen à senatu sibi delatum rejecit, ob vicinatum vocabuli *carpisculus*, quo calceorum genus quoddam illa artas nominabat? auctor Vopiscus.

³ *Dammati sunt eo tempore.*] Reg. designati: nempe ad cædem. sed malo damnati: videlicet legibus majestatis. Similium calumniarum exempla apud Tacitum & Suetonium: de non facienda urina in locis sacris, habes apud Aristophanem, Persium, atque alios. quæ inde perant studiosi. Nos enim alio pergimus.

GRUTERUS.

³ *Dammati sunt eo tempore, qui urinam in eo loco fecerunt, in quo statuæ aut imagines erant Principis.*] Exemplo nimis Tiberiano, de quo Tranquillus cap. 58. Paullatim hoc genus calumniæ eo processit, ut hec quoque capitalia essent: circa Augusti simulacrum serum occidisse, vestem mutasse; nummo vel anulo effigiem impressam latrine aut luppenari intulisse, &c. qua de re non pauca bonorum auctorum loca accumulavimus: ad librum i. Annal. Taciti cap. 72.

SALMASIUS.

⁴ *Dammati sunt & qui remedia quartantis.*]

remedia quartanis tertianisque collo annexa gestarent. Per Thracias cum præfecto prætorii iter fecit, inde quum in Asiam trajiceret, naufragii periculum adiit, antennam fractam, ita ut in scapham cum protectoribus descenderet. Unde in triremem à præficio classis receptus, evasit.¹ Excepit apros frequenter, contra leonem etiam stetit: quo etiam missis ad amicos literis gloriatus est, seque ad Herculis virtutem ac-

cessisse

tanis.] Damnatis & qui remedia quartanis tertianisque collo annexa gestarent: Palatinus.

CASAUBONUS.

4 Damnati sunt & qui remedia quartanis tertianisque collo annexa gestarent.] Plena sunt monumenta Græcorum & Latinorum hujusmodi remedii. Græci ἀστεράς & αστερούς, interdum & ἔργα τηλεοῦ nominant. fere autem cum magicorum verborum fusurro ista amuleta adhibebantur: quam vanitatem omnium secularium sapientes damnarunt. Mirum vero adeo severe in eos qui talia remedia gestarent, ab eo principe, omnium, nisi fallor, primo, fuisse animadversum: quem curiosis artibus fuisse deditissimum, testibus Dione & Herodiano constat nobis. ita nempe videoas libidinosissimum quemque principum legem Julianum de adulteriis plurimum sæpe ursisse. Hæsit diu in animis veterum Christianorum approbatio & studium horum remediiorum. Quare Johannes Chrysostomus & alii pii sanctique viri, multis locis scriptorum suorum gravissime in eos sunt invecti qui more paganico ἀστεράς annecterent: extantque de horum poenis canones multi in antiquis patrum Conciliis. in octava autem homilia super ea ad Colossenses, non dubitat Chrysostomus, comparare aliquatenus martyrio contentum hujus vanitatis. Κρόνος τὸ μαίδιον, inquit,

γοὺν ἐποίησε σεῖαντας μαίδην αὐτὴν λογιζέτων. adeo tum etiam plebis Christianæ animis ἀστεροῦ hic morbus. Eandem sententiam pluribus tractat idem Chrysostomus in sexta eorum quas scripsit adversus Judæos. Et tamen vigebant principum Christianorum leges quibus cum hoc genus, tum alia omnes species vetitarum artium coërcabantur: qua de re multa Ammianus Marcellinus libro xxix. in rebus Valentinianni & Valentis. libro autem xix. scribit idem de Constantii temporibus; si qui remedia quartana vel doloris alterius collo gestaret, sic per monumentum transisse aespere malcolorum argueretur indicis, ut veneficus pronuntiatus rite capitio interibat. Sed ne erent tirones, & in animum inducant, quz cunque appensa legent, huius generis debere censeri. Nam apud scriptores etiam valde pios, ut Pisidem & recentiores medicos Gracos, reperiuntur periaptæ è lapidibus multæ similiaque alia ἔργα τηλεοῦ, quæ naturalia potius quam magica remedia sint censenda. Multa talia habent in Pselli libello De lapidibus.

1 Cum protectoribus.] Mox inter preceatores suos, τὰς στρατηγούς: quos alia armis aliter vocavit, fit quens vox Ammiano.

2 Excepit apros frequenter, contra leonem etiam stetit.] Herodianus, joventua. Τὸν οὐρανὸν ποιεῖθεν, λιονταῖς, καὶ θελαιῶν παιδῶν οὐσιαῖς αἱρεπότες.

1. Ep.

cessisse jactavit. Post hoc ad bellum Armeniacum⁶ Parthicumque conversus, ducem bellicum qui suis competebat moribus fecit. Inde Alexandriam petuit: in gymnasium populum convocavit, eumque objurgavit: legi etiam validos ad militiam præcepit. Eos autem quos legerat occidit exemplo Ptolemæi Euergetis, qui octavus hoc nomine appellatus est. Dato præterea signo militibus ut hospites suos occiderent, magnam cædem Alexandriae fecit. Dehinc per Cadusios fines & Babylonios ingressus, tumultuarie cum Parthorum satrapis manum contulit, feris etiam bestiis in hostes immisis. Datis ad senatum, quasi post victoriam literis, *Parthicus* appellatus est: nam Germanici nomen patre vivo fuerat consequutus. Deinde quum iterum vellet Parthis bellum inferre, atque 'hybernaret Edessæ,⁷ atque inde Carras Luni dei gratia ve-

¹ Eumque objurgavit.] Offensus eorum jocis & dieteris. Fune narrant trifissimum urbis illius casum & Dio & Herodianus. & ait hic: tantum ea laniena sanguinis effusum, ut Nili ostia, qua patent latissime, colorem mutarent; totumque illud litus cruento inficeretur.

² Eos autem quos legerat, occidit, exemplo Ptolemæi Euergetis, q.] Ptolemaeus hic usitatiore cognomine Physcon est appellatus: cuius appellationis causam explicat Justinus lib. xxxvii. sed & Euergetes alter homo maleficentissimus est dictus, ut observat Strabo libro ultimo. prudenter vero Spartanus ut cum nobis certius designaret adjicit, qui octavus hoc nomine appellatus est: nam in laterculo Ptolemaiorum Ægypti, multi Physcorum octavo loco recensent. de hujus tyranni immanitate multa passim veteres: historiam vero quam hic tangit, pluribus explicat Valesius Maximus libro ix. capite 11. Ptolemaeus Physcon cum animadverteret quantum sui odio patria tueretur, timori reme-

dum scelere petivit: quoque tuius plebe tricidata regnaret, frequens juventute gymnasium armis & igni circumdedicte, omnesque qui in eo erant, parvum ferro, partim flamma, necavit.

³ Cum Parthorum Satrapis manum contulit.] Ipsum regem Artabanum fraude insignita prope cepit vivum.

GRUTERUS.

³ Per Cadusios & Babylonios ingressus.] Auscultare libuit Palatino. nam vocem adhuc aliam immiserant librarii, per Cadusios fines &c. non necessario, quippe subauditur.

SALMASIUS.

⁵ Atque hybernare Edessæ.] Lege: atque hybernare Edessæ.

CASAVBONVS.

⁶ Hibernare Edessæ.] In Osroena, quam paulo ante in provincia fortam redegerat, amico rege Abgarnon vixito, sed vincto perfidissime.

⁷ Atque inde Carras Luni dei gratia venisset.] Herodianus: omnion g

A'70

tia venisset, die natalis sui, ¹VIII. Idus Aprilis ipsi Megalensibus quum ad requisita naturae discessisset, insidiis à Macrino præfecto prætorii positis, qui post eum invasit imperium, interemptus est. Consciū cædis fuerunt Nemesianus & frater ejus ² Apollinaris Retianusque ³ qui præfectus ⁴ legionis secundæ Parthicæ militabat, & qui equitibus extraordinariis præerat, non ignorantibus Martio Agrippa qui classi præerat, & præterea plerisque officialium ⁵ impulsu Mar-

⁷ tialis. Occisus est autem in medio itinere inter Carras & Edeßam quum levandæ vesicæ gratia ex equo de-scendisset, atque inter protectores suos, conjuratos cædis, ageret. ⁶ Denique quum illum in equum stra-

Aντινίνον Διηγετέοντα τὸ Καρπάς
τὸ Μεγαλένιον, προσλθεῖν τὸ Βασιλεῖον,
ἀπελθεῖν τοῖς τὸν νεών τὸ Σελάλιον, λόγου μογάλισα οἱ ἐπιχώριοι σέρβοι.
ἀφίσκησε δὲ τὸ πόλεμον, οὐ νεάς πολὺ, οἰς ὁδοιπορίας γένεσιν.
paullo aliter Dio; qui occisum scribit, cum Edeßa profectus Carras p-
teret.

¹ VIII. Idus Aprilis.] Dio ait, octavo die Aprilis: hoc est, sexto Idus.

² Ipsi Megalensibus.] Diem nullum certum designat hæc nota. Megalensia enim plurimum dierum erant. in veteri Kalendario continui dies septem idus attribuuntur, quo-
rum primus est pridie Nonas.

³ Legionis secundæ Parthicæ.] Hanc Severus instituerat, cum aliis duabus Parthicis, prima & tercia. Dio libro LV. Lapis antiquus ubi legiones de-
scriptæ, II. PARTH.

⁴ Impulsu Martialis.] Centurionis: de quo multa Dio & Herodianus.

SALMASIUS.

⁵ Apollinaris Retianusque.] Recia-
nusque, Pal. at vet. ed. Retianusque.

⁶ Qui præfectus legionis secundæ Par-
thicæ militabat.] Nota, qui præfectus

militabat. sic centurionem militare
veteri & optimo Juvenalis interpre-
ti, ad illud poëta.

Sed caput intactum buxo, nariscum
losas.

Sensus hic est: sic agent te sordidum peri-
mirentur & virium tuarum iniuriant,
si vis centurio militare. sic gladiator pa-
gnare, supra apud Spartianum: inter
cubicularios lucentius aliquando macrion-
bus gladiatori pugnabit.

⁷ Denique cum illum in equum straver-
e ejus levaret.] Stratores, ut notum est,
qui Græcis αὐτοδοῦς & εργα-
cum enim non haberent illa ferrea
instrumenta & scandoria ex utraque
sellæ parte dependentia, quibus ho-
die innitentes in equum levatur,
homines ad hanc rem veteribus fue-
re qui equum incensuros manu eri-
gerent, & levarent. atque hi αὐτο-
λαῆς dicti Græcis, quod dominos
suos equis imponerent, Latinis fra-
toris ab sternendis equis, non hodie
tamen atque heri illa scandoria in-
sewendis equis facta, & pedibus
sustinendis, reperta sunt, sed veteri-
bus etiam videntur fuisse cognita,
non tamen veterissimis. D. Hiero-
nymi temporibus in usu fuerunt, qui
lapedes vocat, quod in his pedes sta-
tent;

tor ejus levaret, pugione latus ejus confudit: conclamatumque ab omnibus est id Martiale fecisse. Et quoniam dei Luni fecimus mentionem, sciendum doctissimis quibusque id memoriae traditum,¹ atque ita nunc quoque à Carrenis præcipue haberi,² ut qui Lu-

nam

rent. Græci ἀράβολοις etiam dixerunt eadem qua stratores appellatio-

ne, quod eundem usum præstarent. quod Suidas scriptor vetus: ὁ βασιλεὺς τὸν ἀράβολον περιτελέσθω μὲν οὐ ποτε, οὐτούς τοις ποτε τὸν πατέρα. ubi Suidas ἀράβολον exponit, τὸν αἰράπεδον τὸν πατέρα, sed addit: ἀράβολος τὸν πατέρα. manifesto indicat Romanos scalam vocasse illud instrumentum cui pedem imponebant ad inscen-dendum equum. Eustathius Odyss. i. 20. εἰς τὸν Φθόνον ἀράβολον καὶ τοῖς λαοῖς ἀράρηται καὶ ἐποχον ποιεῖν. illorum ἀράβολος & μεγαλον τὸ στρίμολον τὸ πόδις καλύπτεις ἔφιστοι γίγνεται πρεστεῖς, αἴλα καὶ μέθρωπος οὐ διατείνει τὸ πόδιν καθυπερρέει. aperte verba illa Eustathii ostendunt, ἀρά-

— ἐσλέπτω πόδες ἵππου,

Χαλκᾶ δημόντες —

χαλκῆς ἢ ἕτερης λέγεται, inquit, τὰ σελη-

νάρα τὰ ταῦτα τοῖς ποτε τὸν πατέρα οὐτοῦ τοῦτον εἰς πατέρα τὰ πατέρα μέρα. sed ad stratores redeamus. tabellas illas vel scalas ferreas scandendis e-quis, astrabas etiam dixere. Isidori Glossa: astraba, tabella in qua pedes re-quietescunt. sine dubio scalas illas intellexit. Glossa Græcolatinæ: astraba, occulis, ἴστρον. perperam astraba vulgo legitur. Suidas paulo aliter: ἀσπάσιον τὸ εἶναι τὸ ἐφιστήνειν ξύλον ἡ περιθέσιν οἱ νερηίζοντες. lignum, quod est in ephippiis, quod fessores te-nent. ita enim legendum in Suidas. intelligit, opinor, arcionem selle, ut vulgo vocamus. hinc εἰς τὸ ἀσπάσιον διποφυλέται apud Nicetam, ex e-quo deturbare, quod nos dicimus desarcionner. arciones autem vocamus ab arcu, quod in modum arcus sint incurvi. Græci recentiores κάρβον vocaverunt. Glossa Græcorum: κάρβον τὸ κάρμπον καὶ σκαλάρον. καν-

ταύτην τὸ ξυλίκιον τὸ σελάς κάρβον λέγεται οὐ κάρμπον. ad verbum κάρβον sunt nostri arciones. sed de his alibi. astrabas tamen appellaverunt etiam scandorias illas stapedias.

nam & astrabarum pro codem. unde nostrum effririere. stratores autem etiam scandores dictos reperio. Glos-

sæ: scandor, καρπετης.

CASAUBONUS.

1 Atque ita tunc quoque.] Nunc.

2 Ut qui Lunam scemineo nomine ac sic putaverit numen pandam.] Omisis frivilis, putamus nos cur hoc numen alii pro deo, alii pro dea habuerint. eiisque nomen quidam masculino, quidam

quidam foeminino genere extulerint, caussam ejus varietatis esse, quod Luna nomina & virilis & foeminei genetis in linguis Orientis habeantur. nam in antiquissima omnium lingua Judaica, לְבָנָה תַּחֲנוֹן; at ΠΝΥ est Φρεγηνός. Chaldaeorum אֶרְאֵל foemineum. Arabibus Luna vulgo dicitur لَهْلَهْ quod non men formam præ se fert masculinam: sed idem aliter quoque nominant: Nam in pervertuto Glossario Latino Arabico quod laudat Josephus Scaliger, habentur hæc verba: لَهْلَهْ Lunula: & لَهْلَهْ نَوْتِيْلَا. quæ duæ voces Latinis respondent Luna & Lunus. Strabo vero homo Cappadox masculum hunc deum aliter Græce extulit: non enim dixit ΣΕΑΗΝΟΝ, verum ΜΗΝΑ: commemorans libro duodecimo varia loca, ubi essent MENSIS hujus tempora, sciebat Strabo vocem quam vertebat utrumque significare; & οὐλέον & μήνα. sic Hæbreis ΠΝΥ & Luna est & mensis. Menem alium non esse à Luna, declarat Strabo eum ait, οὐδὲ τὸ τῆς Σελήνης τὸ ισεργόν. Eandem generis varietatem obseruavamus & in Coelesti Carthaginem aliorumque Afrorum: nam cum pro dea plerique omnes Coelestem haberent; ut ex Herodoto, Tertulliano, Eusebio, aliisque multis constat; quidam tamen deum fecerunt, non deam: quos & Salvianus sequitur in Octavo libro De providentia Dei. Coelestis autem eadem cum Luna dea: et si alii Venerem sunt interpretati.

SALMASIUS.

² Ut qui Lunam foemineo nomine ac sexu putaverit nuncupandum.] Carreni Lunam marem non foeminam esse censebant, & foemineo genere minime enuntiandam, sed masculino.

Lunum Deum igitur, non Lunam Deam colebant & dicebant. Nomen non habent Græci quo Lunum appellent. οὐλέον enim minime dicunt et si alias diserrimunt, iuxta Herodianus templum. Lunus apud Carras οὐλέον vocat. & δοκιμum virum falli puto qui Mās masculum hunc Deum extulisse contumaciam strabonem authorem editissimum. tribus locis quænam memini apud Strabonem Μῆνης & templorum ejusdem Dei; sed illis omnibus tribus locis Mās & Lunam sive οὐλέον esse diversos ita verum est, ut verius nihil esse censem. Primum nunquam Mās ιερόν sine adjecto ponit, sed semper aut Μῆνος Φαράνης, Μῆνος Κατάρης aut Μῆνος δράκαιος, quibus locis quis Lunam sub illis cognominibus dictam putet? Menem autem alium esse à Luna manifeste ostendit idem Strabo, cum scribit: ἡ οὐλέον οὐλέον ιερόν. ibi enim, nisi fallor, mentionem facit Menis Pharnaces votati, & ejus templi quod ιερόν non solum Μῆνος, sed etiam οὐλέον esse ait. quibus verbis non potuit apertius declarare aliam esse ac diversam, τέλος οὐλέον δὲν & Μῆνος. Totus igitur ille orbis & ιερός quem Luna modulationibus mensuris, ut loquitur Tertullianus, variat, Μῆνος, ut notum est, votatur à Græcis, Latinis vero mensis: & videtur apud stultam gentilitatem Dei nomen emeruisse. inde Diogenes Pythagora, Gallum gallinaceum & Μῆνος ιερόν fuisse scribit, ex parte ejusdem Pythagora. Plinius vertit, Mensis sacrum, cuius etiam rementi Jamblichus in vita Pythagora lib. I. cap. xviii. Μῆνης οὐλέον ιερόν, ιερόν τοῦ ιερού οὐλέον διὸ καὶ οὐλέον ιερόν. sic enim legendum, sed hæc alibi pluribus.

I. 147.

dam, is addictus mulieribus semper inserviat: at verò qui marem deum esse crediderit, is dominetur uxori, neque ulla mulieres patiatur insidias. Unde quamvis Græci vel Ægyptii eo genere quo fœminam hominem, etiam Lunam deam dicant, mystice tamen deum dicunt. Scio de Papiniani necesse multos ita in literas retulisse² ut cædis non sciverint causam, aliis alia referentibus: sed⁴ ego malui veritatem opinionum edere quam de tanti viri cæde reticere. Papinianum amissimum fuisse imperatori Severo, &c., ut aliqui loquuntur, affinem etiam per secundam uxorem, memoriae traditur: & huic præcipue utrumque filium à

Severo

¹ *Eo genere quo fœminam hominem, etiam Lunam Deam dicant.*] Hæc me fateor non intelligere, ut vulgo sunt concepta. quid enim sibi vult, Græcos & Ægyptios eodem genere Lunam Deam vocare quo fœminam hominem? quis hæc capit? omnino scribendum: unde quamvis Græci vel Ægyptii eo genere quo fœminam hominem, Lunam Deam dicant, mystice tamen Deam dicunt. dicit, Græcos, et si eo genere quo fœminam hominem, etiam Lunam quoque Deum dicant, nempe fœminino, mystice tamen Deum intelligere. Nam Græcis fœmina ἄσπεπτος dicitur, & Luna θεός sed fœminino utrumque genere, licet enunciatione masculina: τὸν ἄσπεπτον enim fœminam appellant, ut τὸν θεόν, Lunam. Atque hic est hujus loci sensus.

² *Ut necis non sciverint causam.*] Ait multos ita necem Papiniani litteris mandasse, ut necis non sciverint causam. potuerunt multi scire causam necis Papiniani, qui tamen eam non retulerunt. & potuit etiam fieri, ut aliis alia referentibus de ejusdem necis causa, quidam vera retulerint, atq; illi sint qui causam cædis sciverint. ideoque sciverint hoc loco mihi semper suspectum. Palatinus & vet. ed. præferunt: adsciverint, forte legen-

dum, adsciverint. quod proxime accedit vestigia scriptæ lectionis, & proprius quidem quam addiderint: quod olim verum putaví. Sensus est igitur, multos de cæde Papiniani scriptores retulisse in litteras, neminem tamen causam cædis adseruisse, cum nimis incerta jactara fuerit inter authores, aliis alias referentibus. se vero varietatem opinionum edere cum minime possit, hanc vel illam ut veriorem certioremq; præferre. posset etiam legi: ut necis non adsciverint causam.

CASAUBONUS.

² *Ut cædis non sciverint causam.*] Ita regius & Puteani: non adsciverint, ut vulgo.

⁴ *Ego malui veritatem opinionum edere.*] Auctor scripsit variatam, sine dubio.

GRUTERUS.

² *Ut cædis non sciverint causam.*] Stat pro vulgatis olim Palat. habetque, non adsciverint.

³ *Sed ego malui veritatem opinionum edere, &c.*] Legendum erat vel contra omnes scriptos, varietatem, sed detur sane ea reverentia antiquitati, ut nihil ejus temere damnemus, contenti eidem movisse controversiam.

Z. z. I. Eum-

Severo commendatum, ¹ eumque cum Severo professo sum sub Scævola, & Severo in advocatione fisci successisse, ² atque ad hoc concordiam fratrum Antoninorum fovisse: egisile quinetiam ne occideretur, quum jam de insidiis ejus Bassianus quereretur: atque ideo una cum iis qui fautores fuerant Getæ à militibus, non solum permittente, verum etiam suadente Antonino, occisum. Multi dicunt Bassianum occiso fratre illi mandasile, ³ ut & in senatu per se & apud populum facinus dilueret: illum autem respondisse, *Non tam facile parricidium excusari posse quam fieri.* Est etiam hæc fabella, quod dictare noluerit orationem qua inveniendum erat in fratrem, ut causa ejus melior fieret qui occiderat: illum autem negantem respondisse, *Aliud est parricidium, accusare innocentem occisum.* Sed hoc omnino non convenit: ⁴ nam neque præfectus poterat dictare

CASAUBONUS.

¹ Eumque cum Severo professum, sub Scævola & Severo in advocatione fisci successisse.] Distingue cum antiquioribus editis, professum sub Scævola: & Severo in advo. f. s. Severum juvenem fisci advocatum fuisse, docet Spartianus in Geta, nec prætermittit Victor. Scævola sub quo professos ait Severum & Papinianum, est Q. Cervidius Scævola: ex cujus scriptis de jure civili multa fragmenta habentur in Pandectis.

SALMASIUS.

² Atque ad hoc concordiam fratrum Antoninorum favisse.] Palatinus, atque ob hoc concordie, lege: atque ob hoc concordia fratrum Antoninorum favisse. sic enim locutus in vita Getæ.

³ Ut & in senatu per se & apud populum facinus dilueret.] Scribe: ut & in senatu pro se & apud populum facinus dilueret.

⁴ Non tam facile parricidium excusari posse quam fieri.] Aurelius Victor: dolore Getæ dixisse, haud quaquam pari facilitate relari parricidium quam fieret.

⁵ Aliud est parricidium accusare innocentem occisum.] Palatinus & Mediol. editio: aliud esse parricidium, aliud accusare innocentem occisum. scribendum videtur: illum autem negantem respondisse, esse parricidium aliud accusare innocentem occisum. vel, aliud esse parricidium, possit etiam legi: illud esse parricidium aliud, accusare innocentem occisum.

CASAUBONUS.

⁶ Nam neque præfectus poterat diffire orationem.] Verum est non solitos imperatores præfectorum prætorii ingenio formare aut epistolas aut orationes: nam vel quæstores ipsorum & qui scrinia curabant, eas componebant, vel qui erant ab epistolis, vel interdum dicendi magistri. saepe etiam ipsi suopte ingenio scribabant: ut de Alexandro scribit Lampadius. Hæc ita vulgo: sed cur non porrexit extra ordinem mandati Papiniano ut orationem hanc dictaret, nullam caussam afferat Spartanus. Victor ita narrat: adscribam enim ejus verba, ut nobis videntur legenda: nam in vulgatis

dictere orationem. & constat eum quasi fautorem Ge-
tæ occisum. Et fertur quidem, Papinianum, quum
raptus à militibus ad Palatum traheretur occiden-
dus, prædivinasse, dicentem, Stultissimum fore qui
in suum subrogaretur locum, nisi appetitam crudeliter
prefecturam vindicaret. Quod factum est: nam Ma-
crinus Antoninum occidit, ut supra exposuimus: qui
cum filio factus in castris imperator, filium suum qui
DIADUMENUS vocabatur, ANTONINUM vocavit, id-
circo quod à prætorianis multum Antoninus deside-
ratus est. ¹ Vixit autem Bassianus annis XLIII. lm-
9

vulgatis editionibus sunt depravatis.
Ferunt Papinianum illo tempore
Bassianus curasse: monitumque,
ut mos est, destinanda Romanam quam ce-
lerime componeret, dolore Getæ dixisse:
Haudquam pari facilitate velari parri-
tidum, qua fieret: siccirco morte affec-
tum. Sed hec improbe absurdasunt: cum
confessus, prefecturam prætorio gesuisse:
nique non incondite illum virum tantam
enim meliam imponere potuisse ei, qui amo-
ri ac magisterio Getæ erat. Videtur exi-
stimasse Victor; patratam cædem
Getæ, prius quam ex Britannia Ro-
manum ambo fratres reverterentur.
hoc illa indicant, destinanda Romanam:
non enim scribendum aliter censemus:
quia & paulo ante dixit, eos
à patris obitu confessim secessisse.
terum tamen occisum Getam Ro-
manam in palatio; ne confessim, sed
eum multis mensis imperium cum
fratre obtinuisset. Sed fuere qui ali-
ter tradarent historiam ejus cædis:
quos etiam sequitur auctor libelli de
vita Getæ. Vocem incondite Spartianus
quoque libri hujus initio usur-
pavit: & iterum mox, favor incondi-
tu dicit idem, unde colligimus, Ma-
tium Maximum quem ambo pluri-
mum sequuntur, eam vocem saepius
usurpare.

¹ Vixit autem Bassianus annis XLIII. Dio Cassius ait annos novem & vi-
ginti. & consentit alter Victor: Vi-

peravit
xit annis ferme triginta. ut merito vi-
deatur vel hallucinatus hic Spartianus;
vel ejus scriptura à librariis esse
depravata. Sed menda suspicionem
depellit membranarum consensus:
à quibus stant & Robertus Bonon.
& alii minorum gentium Σεροπά-
φοι qui à Spartiano sunt mutuati.
Accedit Eutropii auctoritas in co-
dem numero consentientis: & Euse-
bii, cuius verba sunt in Chronico:
Antoninus interficitur inter Edessam &
*Cara anno ætatis XLIII. vulgata edi-
tio annum malè adjicit: nam in co-
dice vetustissimo clarissimi Petavii.
XLIII. scriptum est, non XLIV. Con-
stat ex his non posse librariorum fi-
dem hic esse suspectam. An igitur
ipse erravit Spartianus, qui idem cum
Dione non dixerit? Scimus ita pro-
nuntiasse magnos viros: qui non vi-
derunt Spartianum, si eum numerum
quem ait Dio posuisset, magna in-
constantia se obligaturum: quod
paucis hoc loco nobis est aperiendu-
m. Sciant igitur studiosi, diversas
veterum sententias super Bassiani
matre extitisse: alios enim ex priore
Severi uxore Mattia natum illum ex-
istimasse, atque ita in literas retulisse:
alios Julia, quæ posterior uxor, non
privignum, sed verè filium credidisse:
hoc Dio Cassius atque Herodia-
nus sentiunt; illud prius probatum
Spartiano, Aurelio Victori, & Eu-
Z 2 tropie,*

peravit annis vi. Publico funere elatus est. Filium reliquit qui postea & ipse M. ANTONINUS HELIOGABALUS est dictus: ita enim nomen Antoninorum inoleverat ut velli ex animis hominum non posset: quod omnium pectora velut Augusti nomen obsederat. ¹ Fuit male moratus, & patre duro crudelior. Avidus cibi, vini etiam appetens, suis odiosus, & prætermittentes prætorianos omnibus castris exosus: prorsus nihil inter fratres simile. ² Opera Romæ reliquit, ³ thermas nominis sui eximias: ⁴ quarum cellam solearem architecti negant posse ulla imitatione qua facta est,

fieri.

tropio. Ex hac autem varietate sententiarum super matre, & hæc de annis vita tanta diversitas manavit. Qui Julæ filium credebat, iidem vite tempora contrahebant; quod faciunt Dio, & qui cum illo consentiunt: qui prioris conjugis, vitam Bassiani necessario producebant. Viderimus utra sententia sit verior: illud nunc dico, his qui annos XLIII assignant, rationem constare probe, nam totidem ferme annos invenias à morte prioris Severi uxoris, ad Caracalli necem. Scribit enim Dio, Faustinam Marci cum Severus Julianum in uxorem duceret, thalamum illi in Palatina æde Veneris adornasse, ab excessu autem Faustina ad Bassiani necem sunt anni circiter quadraginta. Adjice nunc illud tempus quod amissa uxore impedit Severus in genituris sponsarum requirendis, sicut scribit Spartianus. Adjice etiam Bassiani ætatem, qua ille tum fuit, cum mater moreretur: non enim dicitur obiisse ex partu. Hærationes sunt eorum qui annos Bassiano tribuunt XLIII. Basísi vero cui inititur hæc demonstratio est illa: Bassianum non Julia, sed Martia genuit. quam fuisset sententiam suam cum tot locis significet Spartianus, faciunt illi insignitam injuriam, qui cum illo expostulant, quod de XXIX. annis vita Caracalli non dicat idem

cum Dione. ⁵ enim logretur. Porro unde orta sit adeo discrepantes ⁶ super matrem inlustris capitï, & uta vero sit sententia, omitto nunc pluribus explicare. Evidem vix addetur, ut Dioni, qui sape Bassianum vidit, & proprius ac familiarius cum eius locutus est, ejus ætatem fuisse credam ignotam. Juvat quod facetus Spartianus, cum Severus ad imperium accessit, & Bassianum & Getam teneræ ætatis fuisse: nam puerulos vocat in vita Severi.

GRUTERUS.

¹ Fuit male moratus, & patre duro crudelior. ² Palarinus, ex patre duro, &c. cui & sui gratia.

SALMASIUS.

³ Opera Romæ reliquit, thermas nominis sui eximias. ⁴ Aurelius Victor: Egypti sacra per eum deportata Romam, que aucta urbs magno accessu via maris, ad lavandum absoluta opera pulcri cultus.

⁵ Quarum cellam solearem. ⁶ Scribe, quarum cellam solearem, nam à fuisse, solisaris: ut à dolorem, dolari.

CASAUBONUS.

³ Thermas nominis sui. ⁴ Antoninus. de quibus in Alexandro Lampridius.

⁵ Negant posse ulla imitatione qua facta est fieri. ⁶ Reg. voces solum transponit.

fieri. ¹ Nam & ² ex ære vel cupro ³ cancelli superpositi esse dicuntur, quibus cameratio tota concredita est: & tantum est spatium ⁴ ut idipsum fieri negent potuisse docti mechanici. Reliquit & porticum patris nomine,

ponit: fieri qua facta est. melius, qua. ⁵ invicem. pro, qua arte aut ratione.

SALMASIUS.

¹ Nam & ex ære vel cupro.] Idem Palatinus, vel cyprio. cyprum vel cuprum, nam utroque modo dixerunt, quod nobis vulgo cuire. unde acus cypri, in vita Aurelianii, acus ex cypri. Marcellino acus cuprea dicitur. ita vocabant & rubrum.

³ Cancelli superpositi esse dicuntur quibus cameratio tota concredita est.] Non hoc novum illo tempore aut mirum vixum est in illius cellæ solariis fabrica, quod tota ejus cameratio subterpositis cancellis esset imposta, sed tantum erat spatium ut vix fieri potuisse videretur. Cancellorum autem ejusmodi æreorum aut ferreorum quibus apsidæ & concamerationes confirmarentur, meminit non uno loco Anastasius Bibliothecarius in vita Pontificum. in Hadriano: Nam apsidam ejusdem Ecclesie cernens isdem bratisamus Pontifex jam ruinæ vicinam existentem, cancellis ferreis eandem apsidam confinaris fecit, atque ita eam renovavit. idem in Hilario: in medio cancellis erit & columnis cum fastigii & epistylis, videlicet ornatum ex muro & columnis Aquitanicis & Tripolitis & Portucreticis. in Hadriano: ubi & deambulatoriorum scilicet solarium suum cum cancellis æreis nimis pulcherrime construxit. in Zacharia: & per ascendentessidas in superioribus super eundem turram triclinium & cancellos æreos construxit. sed ibi cancelli ærei videntur alii ab illis cancellis qui concamerationem sustinebant, ut ii fere qui ad januas aut fenestras adponebantur. ut idem in eodem Zacharia: fecit autem à fundamentis Lateranensem porticum at-

que turvem ubi & portas æreas atque cancellos instituit & per figuram Salvatoris antefores ornavit. Cancellorum etiam argenteorum meminit in Sexto tertio: facit altare pensantem libras quinquaginta, cancellos argenteos supra platonias pensant. libras trecentas, apsidam super cancellos cum statua Beatis Laurentii martyris argentea pensant. libras ducentas: ubi vides apsidam super cancellos. ut heic omnino sit legendum: Nam & ex ære vel cupro cancelli subterpositi esse dicuntur, quibus tota cameratio concredita est.

⁴ Ut idipsum fieri negent potuisse docti mechanici.] Elegantior, & fortasse verior in optimo libro Palatino lectio: ut idipsum fieri potuisse negent docti mechanici. docti mechanici, sunt mechanici. sic mechanarum institutor apud Solinum, ut nos apud illum auctorem dictur sumus. sed & vetus editio lectio nem illam retinet.

GRUTERUS.

¹ Nam vel ex ære. vel cupro cancelli superpositi esse dicuntur.] Sic etiam Pal.

CASAUBONUS.

² Ex ære vel cypro.] Id est, ex ære Cyprio, vel ex alio ære.

³ Cancelli superpositi esse dicuntur.] Posset intelligi aliquid simile loricis illis, quibus testa sua munire jubebantur lege divina Iudei. sed regius & Puteani scribunt, suppositi. probonisi malis, subterpositi. nam error ex affinitate illarum vocum.

⁴ Ut id ipsum fieri negent potuisse d.] Hoc est, negant se videre qua ratione id fieri posuerit, alioquin ineptum est negare fieri potuisse, quod videoas factum.

nomine, quæ gesta illius contineret, & triumphos & bella. Ipse CARACALLI nomen accepit à vestimento quod populo dederat demisso usque ad talos: (quod ante non fuerat) ³ unde hodieque Antoniniana dicuntur

¹ Gestæ illius contineret.] Piæta in parietibus. vide superius ad Severum.

² A vestimento quod populo dederat.] Erat igitur hæc vestis urbana multitudini communis cum militibus. nam jussos milites ea uti scribit Dio: qui pænula similem fuisse verbo indicat, cum πανδύλῳ nominat. sic enim pænula vertit, ut dicebamus ad Hadrianum. Lampridius quoque in Diadumeno pænulam appellat genus hoc indumenti. Alibi docemus plerasque omnes veterum vestes texture solum confici solitas sine opera futoris ulla, & ut loquuntur Euangelista: οὐ φωτεῖς δὲ ὅλος ατὰ πανύλαια διάφορα βαρβαρικός πασὶ κορυκίων καὶ συρράπτων τι μανδύν τρόπον τοξεύομεν.

³ Unde hodieque Antoniniana dicuntur caracalle hujusmodi.] Aurelius Victor: Antoninus incognita manerum specie urbem Romanam aliciens, quod indumenta in talos dimissa largiretur, Caracalla dicitur: cum pari modo vesti Antoniniane nomen ē suo daret. sic scribendus hic locus. eadem fere in Eusebii Chronico. caracalle nomen simul cum ueste excogitavit Bassianus: vel ex ea provincia venit unde missæ uestes istæ Romanæ. Victor alter: cum ē Gallia uestem plurimam devexit, talaresque caracallas fecisset, coëgissetque plebem ad se salutandum induitam talibus introire, de nomine hujus uestis CARACALLA cognominatus. Gallica igitur hæc uestis: putabam tamen verbis Dionis induitus, ex Oriente, non ē Gallia Romanam à Bassiano missas.

SALMASIUS.

³ Unde hodieque Antoniniana dicuntur Caracalle.] Volunt harum uestium & genus & nomen invenisse Antoninum. quod non puto. nam ex Gallia genus id uestis in Romanam solum invexit, easque primus ulla fecit ad populi Rom. usum quoniam nisi longis uestibus urebatur, cum Gallia tales non essent. idque confirmat Victor. cum Gallia uestem πανδύλῳ devexit, talaresque caracallas fecisset, εὐγένηque plebem ad se salutandum induitam talibus introire, de nomine hujus uestis Caracalla dictus est. neumon igitur excogitavit Antoninus, nec nomen nec uestem. sed talares instituit, quæ antea talares non fuerant: nam unde id nomen uestis commentatus esset Antoninus, quod neque Latinum, neque Gracum est, sed plane barbaricum? uestis igitur cum suo nomine jam in usu era apud Gallos, ex quibus uestis formam sumptus Antoninus, non illam ipsam tunc erat inter Gallos, sed in ea aliquid mutavit, nomen ipsum tamen retinuit. sic igitur interpretor verba Spartiani. Ipse Caracalli nomen accepit à vestimento quod populo dederat demissione usque ad talos, quod antea non fuerat, unde hodieque Antoniniane dicuntur Caracalle iesuudi, in usu maxime Romanæ plebis frequentatae. in quibus verbis valde velim observare illa, quod antea non fuerat, non enim heic significant, genus illud vestimentum non antea fuisse, sed nova sic demissum usque ad talos, quemadmodum primus instituit Antoninus. quod convenit cum verbis Victoris, cum ait, uestem illam ex Gallia devexit Antoninum talaresque caracallas instituisse, nec vero licet hæc aliter accipere, & confirmat quod.

nur caracallæ hujusmodi, 'in usu maxime Romanæ plebis frequentatæ. Idem viam novam munivit, quæ est sub ejus thermis, Antoninianis scilicet, qua pulchrius

quod sequitur: unde hodieque Antoniniane dicuntur caracallæ ejusmodi. Caracallæ ejusmodi, id est talares vel ad talos demissæ, quas insticuerat Caracalla, exque Antoninianæ propriæ dicebantur, quod novum earum modum excogitasset Antoninus demittendo usque ad talos, quod antea non fuerat. Caracallæ postea clericis sunt assignatae. Nam in passione Sancti Albani Caracalla clerici vestis appellatur: unde statim iusit milites eum inquirere: qui cum ad tingurium martyris perirent, mox se Sanctus Albanus probisit ac magistro suo ipsius habuit, id est caracalla qua vestiebat indutus militibus exhibuit. *Kapangidios* Glossæ expoununt cucullam. *Kapengidios*, cuculla. Caracalla non erat proprie cuculla, sed palliolum cucullatum. nunquam enim Caracalla sine cuculla. D. Hieronymus de veste sacerdotali: & efficiunt palliolum miræ pulchritudinis, præfringens fulgore oculos, in modum Caracallarum, sed absque cucullis. mirum sibi videri scribit Jos. Scaliger animadversionibus in Eusebium, palliolum ab Hieronymo vocari quod ad talos demissum fuisse dicit Spartanus. quatuor Caracallas illas intelligat Hieronymus, quas talares instituit Antoninus, unde & Antoninianas eas sua ætate appellatas scribit idem Spartanus, & in usu maxime plebis Romanæ frequentatas. Caracallæ ante Antoninum nullæ talares. post Antoninum Caracallæ ejusmodi ad talos demissæ plebi tantum Romanæ usurpatae, non jam sub Caracallarum nomine, sed Antoniniarum. at Caracallæ de quibus Beatus Hieronymus, erant palliola cum cucullis, qualia monachi & aoræ tei gerebant. ipse pallia vocat in vita Hilarion. omnes divitias suas ei reliqueris, Euangelium scilicet, & tunica saccam, cucullam &

palliolum. ibi palliolum intelligas licet caracallam. ita forte vocat Cassianus de monachis Ægypt. & pallium angustum esse dicit, quo colla atque humeri *τὸν τῶν* tegebantur. non mirum igitur Caracallam ab Hieronymo comparari palliolo. Caracallæ autem cum cucullis, ut lacernæ cum pileis. *Martialis*:

Si possem, totas cuperem misere lacernas.

Nunc tantum capiti munera mitto tuis.

Lacernæ quoque cum cucullis. idem in epigrammate cuius lemma: *Cuculli Liburnici*:

Jungre nescisti nobis è flante lacernas,

Indueras albas, exue Callainas.

Caracallas vero lacernis fuisse similes narrat Dio. Caraca pro caracallis putabam dici apud Anastasium de virtutis Pontificum in Benedicto tertio: caraca de holovero cum chrysoclavo, camisiae albas signillatae holosericæ. & nos hodie casacam, pro caraca scilicet, appellamus. sed saraca vulgo legitur apud Anastasium, nec temere mutandum. saraca enim & sarica genus tunicae, cuius mentio in veteri instrumento plenaria securitatis, quod extat manuscriptum in ligni cortice in Bibliotheca regis: camisia transfirca in coeno & prasinæ valente solidos tres semis, sarica prasinæ ornata valente solidus unus. & paulo post: sarica missicia cum manicas curtas, valente filiquas aureas duas. sarica ibi vocatur, quæ Anastasio saraca, verum hæc non sunt hujus loci.

CASA V BONVS.

1 In usu maxime Romanæ plebis frequentatae.] Regius, in usum. Non damno: fortasse tamon scribendum, in usu maximo Romanæ plebi frequentatae. purem ita verius.

2 Sed ejus thermis, Antoninianis scilicet.] Dele voces duas posteriores: sunt enim è glossa certissime.

chrius inter Romanas plateas non facile quicquam invenias. Sacra Isidis Romam deportavit,¹ & templo ubique magnifica eidem deæ fecit. Sacra etiam maiore reverentia celebravit quam ante celerabantur.² In quo quidem mihi mirum videtur, quem ad modum sacra Isidis primum per hunc Romam venisse dicantur, quum Antoninus Commodus ita ea celebraverit³ ut & Anubin portaret,⁴ & pausas ederet:⁵ nisi forte

SALMASIUS.

¹ Et templo ubi magnifica eidem deæ fecit.] Nihil muto. vetus tamen habet editio cum Palatino: & templo ubique magnifice eidem Deæ fecit.

CASAUBONUS.

² In quo mirum mihi videtur quemadmodum sacra Isidis primum, per hunc Romam venisse dicantur.] Cui bona fide recitasset Spartianus, quod apud Marium Maximum, vel alium historicum legerat, de sacris Isidis per Bassianum illatis: venit illi in mentem ejus quod in vita Commodi super eisdem sacris legerat, &, ut videtur, scripsiterat etiam ipse, cum res illius in literas mandaret. Non extant hodie neque Marii Maximi, neq; Spartiani scripta de Commodo: sed in ea quæ superest ejus principis vita, cuius auctor Lampridius leguntur hæc verba, ex eodem, ut conjicio non temere Mario Maximo. Sacra Isidis coluit, ut & caput raderet, & Anubin portaret. refellit hæc quod modo dicebatur de Caracall. Sacra Isidis Romam deportavit. hanc igitur sententiarum contrariatem sibi quoque animadversam his verbis testatum voluit Spartianus: sed hanc objectionem diluere ipse mox conatur cum ait, nisi forte iste addidit celebrati, non eam primus inexit. neque video quicquam melius posse affterri: nisi fateri volumus aut Marium Maximum, (vel quicunque is fuerit, qui hoc primus scripsit) esse halucinatum: aut Spartianum, cum ex illo superiora verba describeret,

mendoza nsum codice: ubi perpeum scripsisset librarius, Sacra Isidis Romam deportavit: pro, Sacra Isidis Romam tazit. qua lectio admissa nullus pereft scurupulus. Non dubitamus ita hæc esse accipienda: neque allenam amplissimo vito Petro Fabro, qui in tertio Semestriu de toto hoc loco aliter pronuntiat. Atqui reinent omnes membranæ verba illa, vel potius periodos, quas putatis induci debere, ut alienas. Sed manifesto refellunt ejus sententiam Aurelii Victoris verba ista: *Egypti sacra per eum deportata Romam. Vides unscriptere Victorem eundem auctorem cum Spartiano. quare de fide codicum hoc loco ne dabitari quidem potest.*

³ Ut & Anubin portaret, & pausas ederet.] De ritu portandi Anubin satius ad Commodum. Pro pausas ederet, placet viris eruditis scribi, pausas ederet. Sive hoc, sive illo modo legas, ab antecedenti consequens intelligi debet. nam hoc vult auctor: Bassianum et si imperatorem, omnia tamen egile quoties Anubin portaret, qualis numerus ex Isiacis. Erat moris cum simulacra deorum portarent, certis locis interjungere. Philostratus in Apollonio Atheniensi sophista: οὐ εἰ τῷ ὁραστίῳ τὸ Ελεύθερον θεόρετος· ἀναγκή τῷ ὁραστῳ λέγειν. τὰ δὲ Ελεύθεροι λέγοι, οὐδὲ εἰ αὐτοὶ οὐτοί, οὐδὲ αὐτοῖς, εἴδενται Isaci cum portandi simulacrum pausam facerent, dea hymnos cecinisse, aut nescio quid aliud egit.

sc. hoc

iste addidit celebritati, non eam primus invexit.¹ Cor-

pus

se hoc totum voluit significare Spar-
tianus cum scriberet, Caracallum so-
litum pausas edere, vel, pausas edere.

SALMASIUS.

³ Ut & Anubim portaret, & pausas
edere.] Nemini dubium esse potest
quoniam legendum: pausas ederet. sic
supra in eadem re, pausas explere dixit,
ut ibi à nobis emendatum est ex ve-
teti libro, hinc pausari dicebantur
qui pausas illas explerent in sacris I-
fidis, & Anubim portarent. vetus in-
scriptio:

PRO. SALVTE, DOMVS. AVGVSTVM
CORPORA. PAVSARIORVM. ET
ARGENTARIORVM. ISIDI
ET. OSIRI. MANSIONEM
EDIFICAVIMVS.

Quia inscriptio duas res nos docet, &
corpus sive collegium pausariorum
Roma fuisse, & mansiones Isidi ex-
trae solitas, in quibus, vel ad quas
ille pausae siebant. sed & mansio &c
pausae idem est. ne vero quis putet paus-
sari artifices, aut opifices fuisse
quosdam, propter argentariorum no-
men cum quibus junguntur in illa
inscriptione. nam sic & dendropho-
ti in aliis quamplurimis inscriptioni-
bus cum tigrariis, & fabris & cento-
nariis junditum ponuntur. at si quis
putet dendrophoros ita fuisse appelle-
atos qui materiam ad bellicas ma-
chinas advehenter, in qua sententia
video esse doctissimos hujus ætatis
viros, na ille multum fallitur. Den-
drophori nomen religionis vel super-
stitionis. Cod. Theod. tit. de paganis
& templis leg. xx. omniaque loca que
Eridiani, quæ Dendrophori, quæ singula
quæque nomina & professiones gentiliæ
temperant epulis vel sumptibus deputata, fas
et hoc errore submoto compendia domus no-
stræ subdere, dicti autem dendrophori,
qui in honorem alicujus Dei, ut Bac-
chi vel matris Deum, vel Sylvani,
arbores stirpites excisas per urbem
humeris ferrent. Artemidorus lib. II.
Cap. XLII. de Baccho: οὐδέποτε ἡ ταῦ

Ιερὸν Δευτοφορεῖν, η Δευτοφορεῖν, η
Διός ποτε κεχαστμένων τη Ιερῷ πεστ-
θε πάσσοντος τολμεί δέλων. hanc
Δευτοφορεῖαν sic expressit vetus au-
tor poëmaticus nondum editi:

Egregios proceres currum servare Cybella,
Quem traheret conducta manus Megaleni-
sus actis,

Arboris excise truncum portare per ur-
bem.

Attin castratum subito prædicere solem.
in choro Bacchico Bacchæ solebant
Ιεροφορεῖν, Sylvanus Δευτοφορεῖν.
Hinc Dendrophorus Sylvanus, in veteri
falso.

SYLVANO. DENDROPHORO. SACRVM
M. POBLICIVS. HILARVS. MARGAR.
Q. Q. P. P. CVM LIBERIS. MAGNO.
ET. HERMONIANO. DEN-
DROPHORIS.

Virgilius:
Et teneram ab radice ferens Sylvane cu-
pessum.
sed hæc alias. pausarii igitur erant qui
in portando Anubi omnes pausas edi-
consuetas in Isidis sacris explabant.

GRUTERUS.

⁴ Et pausas ederet.] Ita rursus scri-
bere libuit, suggestente Palatino,
quamvis ipse unita dictione, pausa se-
deret.

⁵ Nisi si forte iste addidit celebritati,
non eam primus.] Representavi quod
erat in Pal. & præferendum profecto
aliarum membranarum scripturæ:
utique cum non discedat à lectione
olim vulgatorum, quam additione
syllabæ si.

CASAUBONUS.

⁵ Nisi forte iste addidit celebritati,
non eam primus invexit.] Regius & Pu-
teani pluribus verbis idem dicunt:
nisi quod iste addidit solemnitati seu celebri-
tati: non quod eam pr. in.

I Corpus ejus Antoninorum sepulcro il-
latum est.] Aurelius Victor: Corporis
reliquia in cūm publico relata Romam: atque

Z. 5 intre

10 pus ejus Antoninorum sepulchro illatum est, ut eas edes reliquias ejus acciperet quæ nomen addiderat. Interest scire quemadmodum novercam suam Julianam uxorem duxisse dicatur. Quæ quum esset pulcherrima, & quasi per negligentiam se maxima corporis parte nudasset, dixissetque Antoninus, *Velle*, si liceret: respondisse fertur, *Si libet, licet.* An nescis te imperatorem esse, & leges dare, non accipere? Quo auditio, furor inconditus ad effectum criminis roboratus est: nuptiasque eas celebravit³ quas si sciret se leges dare, veresolus prohibere debuisset. Matrem enim (⁴ non alio dicenda erat nomine) duxit uxorem, ad parricidium junxit incestum: siquidem eam matrimonio sociavit cuius filium nuper occiderat. Non ab re est etiam dissypticum quiddam in eum dictum addere. ⁵ Nam

inter Antoninos funerata sunt. vide ad Severum.

¹ Et quasi per negligentiam se maxima corporis parte nudasset.] Victor: cum illa factiosior, aspectui adolescentis, presentiae

quasi ignara, semet dedisset, intecto corpore.

³ Quas si sciret se lezes dare, vere solus prohibere debuisset.] Mutanda distinctione, sic: q. s. sc. se leges dare verè, s. p. d. nam rò vere jungendum cum verbo sciret. ita erit optima sententia.

⁴ Non alio dicenda erat nomine.] Hoc ideo adjicit, quia re vera non mater, sed noverca fuit.

SALMASIUS.

² Respondisse dicitur, si libet licet.] Aurel. Vict. Schotti hac parte qua rem eandem narrat, corruptissimum, sic emendamus, & interpunctione vitioum, & lectio: namque Julianam novercam, cuius facinora supra memoravi, forma captius conjugem affectavitz; cum illa factiosior, aspectui adolescentis, presentiae quasi ignara semet dedisset, intecto corpore, assertivique, *velle* si liceret, nisi petulantius multo, quippe quæ pudorem velamenta exuerat, respondit, si libet, plane licet. comparat licet inter se contextum vulgati

Victoris & hanc emendationem, & quid præstiterim deprehendes.

⁵ Duxit uxorem, ad parricidium junxit incestum.] Duxit uxorem & parricidium junxit incestum.

⁶ Nam quum Germanici & Parthici & Arabici & Alamannici.] Non quoque quam antiqua mentio Alamannorum in historia Romana, aut quo tempore coepit. sed manifeste hec Alamannos à Germanis diversos facit. nam Antoninus Germanicus & Alamannicus dictus, non *euvenimus*, vel ex eadem gente, utpote qui patre adhuc vivente Germanicus vocaretur. at post mortem patris devictis Alamannis Alamannici nomen assumpsit quod antea non habuerat. Germania & igitur populus, Alamanni & vetustior, quam quidam putant, qui postea toti Germania nomen dedidit. & sic pro Germanis Alamanni dicti. quando id primum factum, obscurum est. Flavii Vopisci tempore jam tunc Alamanni dicebantur Germani. cuius hæc sunt verba in Proculo: nam Alamannos qui tunc adhuc Germani dicebantur, non sine gloria splendore contrivit. non putavit Vopisci

quum¹ Germanici & Parthici & Arabici & Alemanni nomen ascriberet (' nam Alemannorum gentem devicerat) Helvius Pertinax filius Pertinacis dicitur joco dixisse, *Adde si placet etiam GETICUS MAXIMUS*, quod Getam occiderat fratrem, & Gotti *Getæ* dicerentur: quos ille dum ad Orientem transiit, tumultuariis præliis devicerat. Occidendi *Getæ* multa prodigia extiterunt, ut in vita ejus exponemus. Nam quamvis prior ille è vita excesserit, nos tamen ordinem sequitum sumus, ut qui & prior natus est & prior imperare cœperat, prior scriberetur. ²Eo sane tempore quo ab

exer-

scus, ut perperam censet vir doctissimus, Alamanno nomen sive non fuisse notam ante Probi tempora, nec memoria lapsus est, sed hoc vult, Probi temporibus nondum Germanos in Alamanno nomen concessisse. nam jam antea noti Alamanni, ut hæc Antonini de datar historia. sed non tam lara eadem appellatio, ut qui non pro totis Germanis sed pro quadam Germanorum gente aciperentur. Iatior alio in tempore erit de his dicendi locus.

¹ Germanici & Parthici & Arabici.] Et heic consentiunt veteres libiti in conservanda illa scriptura, cujus non semel alibi mentionem fecimus in superioribus: Germani & Parthici & Arabici.

² Nam Alemannorum gentem devicerat.] Victor Schottii: Alamanno nomen populos am ex equo mirifice pugnantem prope Mænum annem devicit. populus illa gens omni postea Germania nomen dedit, atque etiam nunc ex equo mirifice pugnat.

CASAUBONUS.

² Nam Alemannorum gentem devicerat.] Hæc est antiquissima Alemannorum in historia Rom. mentio: nam id nomen ante hæc tempora obscurum, aut penitus ignotum, ne tum quidem in magna celebritate versa-

batur: quare scribit Flavius Vopiscus in Proculo tyranno: *Nomib[us] tam[en] Gallis profuit: nam Alemanno, qui tunc adhuc Germani dicebantur, non sine gloriæ splendore contrivit.* Putavit Vopiscus non innouuisse Alemannorum gentem, sive potius nomen, ante Probi tempora: in quo etsi lapsus est memoria Vopiscus, ut hæc historia demonstrat; ex eo tamen colligas recte quod modo dicebamus, ipsius Vopisci anno notissimi erant Alemani: de quibus multa Ammianus Marcellinus in Constantii rebus, & sequentium Augustorum. De victoria Caracalli sic Aurelius Victor: *Alamanno gentem populos am, ex eo mirifice pugnantes prope Mænum annem devicit.*

SALMASIUS.

³ Eo sane tempore quo ab exercitu Augustus appellatus est.] Hanc fabellam supra confutavimus, & ostendimus Antoninum vivente & consentiente patre jam multo ante à militibus Augustum fuisse appellatum, & hoc nomen cum patre & minore fratre usurpasse. quod autem heic dicitur Severum animo volutas ut & filium Antoninum occideret: id quidem verum est & à Dione scriptum, sed minime propter Augusti appellationem invito patre receptam & à militibus ei delatam. longe magis scelerum scelus Antonini, nam pa-

trem

732 AELII SPARTIANI ANTONINUS CARACALLUS.
exercitu appellatus est Augustus vivo patre, quod ille
pedibus æger gubernare non posse videretur impe-
rium, contusis animis militum & tribunorum, Severus
dicitur animo volutasse, ut & hunc occideret, nisi
repugnassent præfecti ejus graves viri. Aliqui contra-
dicunt, præfectos voluisse id fieri, sed Septimium no-
luisse, ne & severitas illius crudelitatis nomine inqui-
naretur: & quum autores criminis milites fuerint,
adolescens stultæ temeritatis poenas lueret tam gravis
supplicii titulo ut à patre videretur occisus. Hic tamen
omnium durissimus, & ut uno complectamus
verbo, ² parricida & incestus, patris & matris & fra-
tris inimicus, à Macrino qui eum occiderat, timore
militum, ac maxime prætorianorum, inter deos rela-
tus est. Habet templum, habet salios, habet fodales
Antoninianos, qui Faustinæ templum & divale no-
men eripuit: certe ³ templum quod ei sub Tauri radicibus
fundaverat olim maritus Antoninus, in quo postea
filius hujus Bassiani Heliogabalus Antoninus sibi
vel ⁴ Jovi Syrio, vel Soli (incertum enim id est) tem-
plum fecit.

trem occidere voluit. quo tempore
dicitur agitasse Severus an illum in-
terficiendum curarer, sed pugnanti-
bus præfectis gravibus viris impuni-
tatem crudelissimi facinoris eidem
indulsiisse: hoc scribit Dio, & nos
supra tetigimus. Fallaces igitur hoc
loco Latini Historici, falsique.

¹ Nisi repugnassent præfecti.] Palati-
nus: nisi pugnassent.

² Parricida & incestus, patris, & ma-

tris, & fratris inimicus.] Idem liber:
Parricida & incestus, patris, matris, fra-
tris inimicus. quod a syndeton nescio
quo modo magis placet, & vibrans
videtur.

CASAUBONIS.

³ Templum quod ei sub Tauri radicibus
fundaverat olim maritus.] Narrat hi-
storiam Capitolinus in Marco.

⁴ Jovi Syrio vel Soli.] Vide ad He-
liogabalum.

A LII